6
4–c
23
c 23
Ex Bibliotheca
Maiori Coll. Rom.
Societ. Jesu
I. 10. 6
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
3 B
58

GRAMMATICA
Latino-Hibernica.

Digitized by Google

GRAMMATICA LATINO-HIBERNICA,

Nunc compendiata,

AVTHORE

REV. P. FR. FRANCISCO O MOLLOY

Ord. Min. Strict. Obſeruantiæ in Collegio S. Iſidori S. Theol. Profeſſore Primario, Lectore Iubilato, Et Prouinciæ Hiberniæ in Curia Romana Agente Generali.

Biblioth. Secr.
Coll. Rom. Soc. Jesu

ROMÆ,

Ex Typographia S. Cong. de Propag. Fide. MDCLXXVII.


EVNTES·IN·VNIVERSVM·MVNDVM·PRÆDICATE·EVANG·OMNI·CREAT·

EMINENTISSIMO,
ET REVERENDISSIMO
PRINCIPI
D. CAMILLO
MAXIMO
S.R.E.CARD.AMPLISSIMO.

MVLTORVM iniuriâ (*Eminentiſsime Princeps*) ortum habuit, quòd Catholicæ Hibernorum Nationi, malleum inter, & incudem diu poſitæ, ex quo præli introductũ eſt beneficium inhibitum fuerit, ne dum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

proprij I diomatis ſtudium; verùm etiam publicus, imò priuatus (proh dolor!) paſſim vſus, vt vel ſic antiquiſſima Patriæ monumenta, Sanctorum vitæ, Religio, Eccleſiæ traditiones, & memoria protractu temporis, ſepulta penitùs iacerent, & æternæ tandem traderentur obliuioni: quo fit hodie vt rudiores in populo linguam, quam non nouerãt, audiant; decipiantur in dies, inque infinitos propemodum ſeducantur errores. Ego idcircò Idio-

ta quidem, zelo tamen, quo debui, ductus, tanto volens occurrere damno, hoc funditus Opuſculum cõpoſui; tùm doctis, tùm indoctis, Anglis, Scotis, Hibernis, alijſque quibuſcunque ad præfatum Idioma diſcendum, legendum, ſcribendum, debitè pronunciandum, conſeruandumque. Nec alteri à tua volui dedicatum Purpuræ, meo videlicet, meorumque ad Sancti Iſidori Collegium ſingulariſſimo ſemper Mecœnati in ſe quidem leuidenſe

§ 4 fa-

fateor, & nullius fermè pretij; pretioſum tamen, & maximum tui ſemel gentilitij appenſum Tholo. Vale.

Eminentiæ Veſtræ

Humiliſſimus Seruus

Fr. Franciſcus Molloy.

Cen-

Cenſura Religionis.

NOs infrà ſubſcripti ex commiſſione Reuerendiſſimi P. Fratris Franciſci de Bononia totius Ord. Fratrū Minorum Generalis Miniſtri, Opuſculum, cui titulus: *Grammatica Latino-Hibernica*, Authore R. P. Franciſco ò Molloy in Collegio S. Iſidori de Vrbe Profeſſore primario, Lectore Iubilato, & Hiberniæ in Curia Agente Generali, accuratè legimus, & reuidimus, inque eo atteſtamur nihil occurrere vel Fidei contrarium, vel bonis moribus; imò omnia vtiliter, & laborioſè valdè fuiſſe compoſita, prælo digna. Romæ ad Sanctum Iſidorum 12. Aprilis 1676.

Fr. Patricius Tyrellus Exdiffinitor Generalis, &c.

Fr. Michaël Tonerus Sacræ Theol. Lector Generalis.

Fa-

Facultas Reuerendiſſimi P. Miniſtri Generalis.

CVm Opuſculum, cui titulus: *Grammatica Latino-Hibernica*, Authore Reu. P. Franciſco ò Molloy compoſitum, duo ſupradicti noſtri Ordinis Theologi recognouerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ijs ad quos attinet, ita videbitur. In cuius rei teſtimoniũ præſentes Romæ literas trigeſimo Martij dedimus 1676.

Fr. Franciſcus Maria Miniſter Generalis.

Ego

EGo, infrà ſubſcriptus S. Theologiæ Doctor, Abbas de Kilbeggan, ex commiſſione Reuerendiſſimi P. Magiſtri Palatij Apoſtolici, *Grammaticam hanc Latino-Hibernicam*, à R. Adm. P. Franciſco ò Molloy compoſitam accuratè legi, relegi, vidi & reuidi, Opuſculum mole exiguum, ſtudio ac lectione fartum, ſuo dignum Authore: In quo, neque quod diſpliceat comperi, neque quod non placeat inueni; nihil Orthodoxiæ diſſonum, moribus aduerſum nihil, nihil non ad Hibernicum Idioma conducens occurrit. Ita cenſui, ita iudicaui; vt ad communem poſſit prodire lucem. Datum Romæ 30. Decembris 1676.

Ioannes Dalæus.

Im-

Imprimatur

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Magiſtro Sac. Pal. Apoſtol.

I. de Angelis Archiep. Vrbin. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Raimundus Capiſucchius Sac. Pal. Apoſt. Magiſter.

AD

AD LECTOREM.

SAlue LECTOR, & Grammaticum hoc à me Opuſculum accipe, tenue quidem, ſubtile tamen, immò vtile, atque hac tempeſtate Orthodoxorum reliquiis, maximè in Hibernia proficuum: qui religionis odio, bonis fermè omnibus, Patriæ etiã linguæ ſpoliati beneficio, ingemiſcunt. Vacationes me grauioribus, à menſe exemerunt curis. Sed numquid non in otio negotium aliquod? Seria non ago: & tamen ne nihil agam, hoc eſt, ne mortuus ambulem inter viuos, nonnihil molior. Alij teſſeris, alij talis,

alij alijs fallunt tempus; mihi verò magis nugæ, nuces hæ & puerorum placent placentæ: ſcilicet ad mea cum Hibernis redeo elementa, dum corpus, occaſui propinquum, ad ſua paulatim properat. Crediderim varios olim ante me viros longèque præſtantiores meliùs hanc ſubiuiſſe prouinciam. Verùm (ò dolor!) vbi nunc iſti? vbi eorum lucubrationes? euanuerunt ante lucem, in fauillam omnia fermè, crùdeli hoſtium flamma. ferroque redacta Quid igitur ego? Gallinæ oua quędam ſubuentanea edunt, parituræ mox vera. Nobis etiam hunc, quæſo, qualem qualem permittatur in lucem dare fœtum, vt præſtantior fortè ſubſequatur. Nec enim materies hæc, ſupera-

uèniente maiori, hic reipſa erit minutior, magis quàm columna in vallem demiſſa; quæ, licèt appareat minus alta, non eſt. Myrmecidis quadrigæ, aut formicæ, Praxitelis operibus, granditate ceſſerunt: nunquid arte? Nequaquam. Quid opus magnòperè excuſem? magis longè eius modum; ipſum quippè prolixiùs, quàm vt oportuit, forſan produxi; agnóſcò, ſi quæ hic, culpam. Verùm catenà me traxit hærentium inter ſe obſeruationum. Syrtes in Africa eſſe dicuntur, in quibus homines obruuntur reciprocantium æſtu arenarum. Illæ hic ſunt: & Grammaticorum hunc puluerem, qui ſemel ingreditur, cùm poterit, exibit, non cùm volet. Cur tam acriter excuſem? Grammaticus

per contemptum ſæpè audiui, vtcunque Theologus. en, huic fauere conuicio ſemel volui, & talem meipſum hic aliquantulum probare. Cæterùm rogo excuſari, quòd rudi, & vulgari valdè vtar ſtylo, ob abſtruſos Hibernorum terminos, & materiæ, in ſe difficultatem. ſtudendum hic enim claritati eſt magis, quàm elegantiæ. Tu autem humaniſſime Lector, his fruere, quæ Grammatociphon offero. Ea tamen lege, vt gradum tibi ad maiora, & altiora ſtruat Opuſculum.

Vale.

CAP. I.

De numero litterarum, forma, & vocalium enunciatione.

VEtuſtiſſima Hibernorum lingua (ſuppoſito tamen, quod H potiùs aſpiratiua ſit, ſeù aſpirationis nota, quàm littera) habet literas in rigore ſeptēdecim A, B, C, D, E, F, G, I, L, M, N, O, P, R, S, T, V, reliquæ enim, quibus Latini vtuntur, peregrinæ ſunt Hibernis; qua-

rum loco ùna tantum, vel altera ex præmiſſis deſeruit. Gens enim hæc Philoſophos imitatur, neceſſarijs contenta; ſuperflua odio habet.

Formæ præfatarum, ſeruato ordine, ſunt ſequentes, non nihil à Latinis differentes, A, b, c, d, e, f, g, i, l, m, n, o, p, R, r, t, u, Hæ autem litteræ numero Septemdecim, ſeruata eadem ſemper ſerie nominantur: ailm, beith, coll, duir, eadha, fearn, gort, iogha, luis, muin, nuin, onn, peithboc, ruir, suil, tine, ur, Aſperatiuam autem *H*, vocant uath, peregrinas verò, *K*, appellant collailm, ſicut & *Q*, ceart.

Hoc

Hoc alphabetum diuiditur in vocales, numero quinque a, e, ı, o, u, & in conſonantes, quæ ſunt reliquæ ſuperiùs efformatæ. Vocales vulgò vocantur gothaiohe, quinque nimirùm ſupradictæ; eò quòd nullum ſine ipſarum aliqua aut verbum articulari poteſt, aut Syllaba; earum verò quælibet ſine vllius alterius literæ adminiculo, vel perfecta eſſe poteſt dictio, aut ſyllaba. Nullus enim ſine binario dari poteſt numerus; tametſi binarius alio non indigeat, Ex vocalibus iam enumeratis, Hiberni tres appellant largas, vulgo leathna, a, o, u, duas verò reliquas vocant ſubtiles, vulgò caola nempè e, & , ı,

Ql, Vocalium, literarum-

que prima eſt: proinde agmen hìc haud immeritò ducit: cur etenim non ea omnium princeps, quæ naturæ quodam ductu dat voci principium? infantes vide; per hanc vagiunt, babant, tanta ut, lallant. viros & fœminas circumſpice, præcipuos per iſtam efferunt affectus, Gaudent? ha, ha, audies: dolent? ah, ah ingeminant. Hanc autem *A* efferes cum Latinis largè, ore ſcilicet deducto, flatu valentulo, ſuſpenſa modicè lingua, & dentibus inuicem non tangentibus, vt, *amaɒan*, latinè *ſtultus*.

e Exilis eſt, ſubtiliſque pronunciationis, quam efformabis ore primùm ſemicluſo, deindè aperto cum interiori ſpiri-

ri-

ritu linguæ, ad primores dentes; vt apud Latinos. Hæc propterea quemadmodum apud hos aliquando gaudij, aliquando doloris eſt index, vt cùm dico *en*, quod gaudium indicat; vel *heu* vel *hei*, quod apud Latinos dolorem: nam apud Hibernos denotat diſplicentiam, quando ægrè aliquid ferentes producunt, vel protrahentes efferunt vel, e, vel, ee, vel, ei.

J, Similiter tenuis eſt ſubtiliſque hic, vt apud Latinos, pronunciationis; eamque effinges labijs leuiter apertis, cum aliquali quaſi ſibilo, dentibus velut renitendo parum reſtrictis: nimis autem protracta diſplicentiam indicat.

O cum Latinis largè pro-

nunciatur, rotundo oris ſpiritu, ita vt productis quodãmodo labijs rictu teretri, lingua arctius pendula det ſonum, vt Hibernis, or, Latinis *aurum*.

u, Cum Latinis, productis ſtrictim labijs, coëuntibus labris, leni ſpiritu largè effero, vt *vſura*, Hibernis vſuıȷneachτ, eſtque vtrobique mœroris nota.

Ex omnibus quinque, a, e, & , o, dicuntur vocales omninò puræ; eò quòd ſuam ſemper vim, & naturam retineant immutabiliter, verùm ı, & v, vocitantur impuræ, quia quandoque tametſi rariſſimè, vt in peregrinis tantùm dictionibus immutantur & euadunt conſonantes, vt Uenuſ, Uiŋgıl,

Jacob, Joſeph, Jon'ɔɹn, Joachjm, &c. in quibus pronunciantur, quemadmodum apud Latinos.

CAP. II.

De Conſonantibus ſpecialiter

b, c.

COnſonantes vniuerſaliter omnes, hoc habent proprij vt ſolitariè obmuteſcant; ſeù ut ſolæ, nec ſonum habent, nec efficiant, Luctenturque vt ita dicam, intra oris clauſtrum: adeoque vt efferantur, aliquâ eis ſubueniendum erat vocali.

b, Igitur inter conſonas primum obtinet locum; cui vt efſe-

ſeratur adiuncta fuit, e, quæ eam quaſi obſtetrix infantem educeret, Latinis *Be* iuxta illud Auſonij:

Dimidium Betæ monaſyllabon, Italicum B.

Ab Antiquarijs Hiberniæ nuncupatur Beıṫ: exprimitur autem labijs, cum celeri quodam impetu recluſis, & è medijs exploſo ſono, vt boᵹ, Latinè *molle*.

Itaque Hibernicum legentes idioma, quantùm ad *b*, imitantur Latinos, excipe Teuthones, qui literam *b*, nimis aliquando indurant, & ad *p* deflectunt, pronunciantes *bonum vinum*, tamquam ſi ſcriberetur *ponum finum*, transferentes & *b* in *p*, & *v* in *f*. Alios etiam excipio,

Digitized by Google

qui *b* emollientes ad *v* digama torquent, homines quidem ſobrij, quibus tamen *bibere* eſt *viuere*, & vice verſa.

C ſecunda conſonantium litera eſt vetuſtiſſima, quæ in locum *k* & *q*, Hibernis; non neceſſarijs, ſed ſuperfluis, deſeruit. C enim ante quamcumque collocata vocalem id omninò præſtat, quod vel *k*, vel *q*. Sonat quippè C*a* quod K*a*, vel *Qa*; C*e* quod *Ke*, vel *Qe*. Item C*i* quod *Ki*, vel *Qi*. Item C*o* quod *Ko*, vel *Qo*. Item C*u* quod *Ku*, vel *Qu*. Imò olim apud Latinos litera *C* non ſolùm in locum, ſed in ſònum literæ *K* planè, plenèque ſubſtituebatur; nec aſſertione res eget. Quis

enim

enim Grammaticorum vnquam aliter tradidit ante hæc tempora? Hoc eſt, niſi quòd hodie eò inoleuerit vſus, ſeù potiùs error; an prauus, anne pertinax, quis non videat? Latini inquam recentiores duplicem ei ſonum dant; alterum vt debent; alterum vt volunt. Cum vocalibus namque *A*, *O*, *V*, vt cum dipthongo *Au* naturalem ei relinquunt ſonum, pronunciando *Corpus*, *caput*, *cubitus*, *cauda*: verùm præpoſita ſi fuerit vocalibus *E*, *I*, *Y*, & dipthongis *Æ*, *Oe*, &c. nouum ipſi, & antè æuo inauditum dant ſonum, quia pronunciant inde ſyllabam cum pingui & moleſto quodam ſibilo; quem dixeris à barbariſmo fortè deriuatum, ſic ſequentia, & conſimilia ſibilantes profe-

runt,

runt, *Cera*, *Cippus*, *Cyrus*, *cœna*, *cœnum*; *Iaceo*, *iacio*, *Lucia*, *cis*, &c. qualem nunquam litera habuit enunciationem. Ad *Z* quidem, vel *S* accedere videtur, verùm non attingit. Quæ hæc peruerſitas? Quis Author? Apex non eſt in Veterum ſcriptis, quæ hoc ſtabiliat. Mos igitur iſte à mala quadam licentia, ne dicam peccandi libidine originem duxit. Omitto Grammaticos ferè omnes, maximè vetuſtiores, qui *C*, cum *K* æquiparant: *Capio* rectè effers, ac ſi ſcriberetur *Kapio*. Cur autem aliter *Cepi*? Cur incipio? *Eccum* & *eccam*, à te audio. Cur *Ecce* non ſic ſimiliter? Quaſi verò in alia ipſum ſoni veſte, quàm in nuptiali deprehendiſſes. A caſto, inceſtum, quomodo tua me pronunciatio

for-

formari doceat? *Silicem* & *cilicem*, ex horum enunciatu niſi vel ſibilent, vel torqueant mentum, aures inuicem non diſcernent: non *Syrum* à *Cyro*; non *ſepio* a *cæpio*; non *cellam* à *ſella*; non *fernam* à *cerua*; non *diſcere* à *dicere*, vel *diſſere*; & quæ millena?

Addo, cùm litera *S* in dictione quandoque præcedit literam *C*, præpoſitam vocali, malè illā *C* ab his, aliter quàm ſi eſſet *K*, pronunciari. Antiqui enim nunciabant *Scamnum*, *ſcenam*, tanquam ſi ſcriberentur cum *K* *skamnum*, *skenam*. Sic ſimiliter antiquitatis obſeruantiſſimi Hibernigenæ efferunt Scamun, latinè *Scamnum*. Item Scib. latinè *Nauis*. Verùm moderni con-

contra Hibernos hoc nolunt, amatores nouitatum. Pudeat eos tandem non tam erroris, quàm pertinaciæ, qui nec corrigi patiuntur, nec corripi; ſed tenent omnes, quòd præter ipſo nemo defendit.

C igitur Hibernis (quibuss exoſa eſt ſuperfluitas) deſeruit loco tùm *k*, tùm *q*, nec malè Priſcianus id fieri debere monet, dicens: *k* & *q* figura & nomine, quamuis videantur aliquam habere differentiam, eandem tam in ſono, quàm in metro continent poteſtatem. Vnde Terentianum illud: *Refert nihil K prior ſit an Q, an C.* Ita ſanè quantum ad ſonum. Cur ergo C loco græculæ *K*, aut *Q*, ſaltem enunciatui non ſuf-

fe-

feciſſet Hibernis? Sufficiebat olim profectò omnibus, idemque præſtabat *C*, quod vel *K*, vel *Q*, præpoſita cuicunque vocali. Viſum tamen eſt Latinis, nequaquam Hibernis, literam *Q* admittere, & adijcere, quoties vocalis, *v*, eam ſequeretur, ad efficiendum pinguiorem ſcilicet ſonum. Sed vt Patriæ agam partes, quæ quæſo, ipſos vrſit neceſſitas? Cur *Cu* non ſuffeciſſet? Et cur, dic ſodes, de litera *G* non idem faciunt? Aliter enim illa in *Anguis*, quàm in *angis*, ſonat, id eſt pinguiùs: nondum tamen loco *gu* nouam aliquam inſtituerunt, vel admiſerunt conſonam; ipſa tantùm litera *G* contenti, id ipſum fit in lingua hac apud Hibernos, qui meritò in proprijs præſertim dictio-

ctionibus literas *k* & *q*, veluti ſuperfluas prætermiſerunt.

C itaque apud hos, & *G* ſono proximè, oris molimine, niſuque diſſentiunt: nam C reducta introrſum lingua, hinc atque hinc inter molares, hærentem intra os ſonum vocis excludit. *G* verò vim prioris, pari linguę lapſu palato ſuggerens, leniùs reddit, C ergo ab Hibernis exprimitur molaribus ſuper linguæ extrema appulſis, eamque efferunt; adducta leuiter palatum verſus lingua, eiuſdemque ad dentes appulſu, cum aliquali ſpiritu, vt ce, latinè *terra*.

CAP.

CAP. III.

De literis ᴅ, ꝼ, ᵹ.

ᴅ & ꝼ eodem prorſus modo ab Hibernis, quo à Latinis, ex natura pręſertim ſua pronunciantur, vt videre eſt in ᴅaꞇħ, latinè *color* : ꝼıꞃ, latinè *viri*. Dixi, ex natura præſertim ſua; ſuperueniente enim aſpiratiua ħ, vel præcedente alia quadam conſonante, de quibus infra, aliter efferuntur.

ᴅ & ꞇ linguæ tantùm ſublatione, ac poſitione quadam, ſono differunt: nam quando quis ſummos atque imos coniunctim dentes ſuprema linguę parte pulſauerit, literam ᴅ exprimet:

met : quoties autem ſublimata lingua , partem , qua ſupernis dentibus eſt origo, continget, toties literam ꞇ ſonora explicabit voce. ꝺ igitur appulſu linguæ circa ſuperiores dentes innaſcitur. ꝼ verò, imum labium ſupernis imprimentes dentibus, reflexa ad palati faſtigium lingua, leni quadam ſpiramine proferimus, vt ꝼemen, Latinis *fœmina*.

ᵹ, ſuæ relicta naturæ, vt iam dixi, non ſolùm apud Hibernos, verum etiam apud Germanos, atq; Latinos præſertim priſcos, vi & ſono, à conſona *C.* parum abit. Vnde Terentius ille Scaurus ait, *C cognationem cum G habet* : & ideò alij *Camelum*, alij *Gamelum*, item alij *Gauna-*

da   *cem*,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cem, alij dicunt *Gaunacem*: item Veteres pro *agna*, *acna*; pro *lege*, *lece*; pro *agro*, *acro*; pro *Gabino*, *Cabino*, non rarò vtuntur. Verùm ſonus literæ *G* videtur paulò diffuſior molliorq;, quam efferes, appulſa ad palatum lingua, modicello interuallo, lenem emittens ſpiritum, vt ȝaıꞃe, latinè *riſus*.

Aduerte tamen quoſdam latinè loquentes, Hibernis non imitandos, non minùs in *C* literam, quàm in *G* peccare. Itali plerique eam ante *e*, vel *i*, vel *y*, poſitam, quaſi inſtar *z* efferunt: Germani verò, tamquam eſſet *i*, pronunciant: ita vt ab illis verba, *legere*, *fugere*, *mugire*, & ſimilia, efferantur tamquam ſcriberentur, *lezere*, *fuzere*, *muzire*;

ab

ab his verò tamquam inſcriberentur, *leiere*, *fuiere*, *muiire*; quàm imperitè vtrumque? Cur enim ſic, & non ſuo potiùs modo efferatur cum Hibernis, vt in *lego*, qui longè conſtantiùs imitantur antiquos, efferendo ᵹa, ᵹe, ᵹil, ᵹo, ᵹul, quæ latinè ſignificant idem quod *haſta*, *anſer*, *aqua*, *mendacium*, *fletus*.

CAP. IV.

De aſpiratiua h.

h, ſiuè litera ſit dicenda, ſiuè flatus, aut aſpirationis nota, ſæpiùs ea vtuntur Hiberni, quàm alia ex conſonantibus vlla: adeòque propter multiplices eiuſdem affectiones, inte-

grum

grum hoc meretur capitulum.

Huius forma ſic figuratur h, vix à Latina differens; præterquam quòd ab Antiquarijs breuitati ſtudentibus frequenter depingatur inſtar puncti ſuperpoſiti conſonæ, quam afficit, vt ḟ, idem valens, quod fh. Afficit autem conſonantem, quam ſubſequitur ſolummodo, vel cui ſuperimponitur, vt dictum eſt. Quando autem ſine vlla conſonante immediatè ante vel poſt præficitur, alicui vocali eiuſdem dictionis, facit, vt ea ſyllaba ſpirando pronuncietur, ſicut apud Latinos, cum aliquali ſcilicet robore, vt ni headh, latinè *non*. Conſonam verò, quam afficit, immutat quodammodo, eiuſque naturam multipliciter

variat, ad conſonarum diuerſitates; vt infra.

ḣ enim afficiens b, efficit, vt vtraque abſque flatu ſonet, quod *V* digamma apud Latinos, vnde bḣ ab Hibernis vocatur, beıṫh ṗeȷṁḣ, hoc eſt b mollis, Latinis *V* conſonans, Græcis *vita*, vt cùm dico, ᴅo bḣel, Latinis *os tuum*, enunciatur enim ac ſi ſic ſcriberetur, ᴅo vel, mutata b in v. ḣ autem afficiens c præſtat, vt vtraque ſonent gutturaliter, qualiter vel Angli enunciant gh in vocula ṗoughṫ, vel Florentini litterã *C* in *Duca*, vel Hiſpani litteram *G* in *Angelo*, vt eacḣ, Latinis *equus*. Hoc autem intellige maximè de poſita in fine dictionis poſt vocalem

largam, aut ο, aut ɑ, aut ʋ, vt ɱɑcɧ, lucɧ. clocɧ, Latinis *foras*, *mus*, *lapis*; necnon etiam in medio, præcedente eam quacumq; vocali, vt, ꝼʃcɧeɑꝺɧ, Latinè *viginti*. Si autem dictio finiat in cɧ, ſubſequenter ad vocalem ſubtilem; ɩ vel e immediatè, tunc quaſi eliditur c, tamquam ſi non eſſet, vt patet in eɩcɧ, latinè *equi*, efferturque tamquam ſi ſcriberetur eɩɧ. Verùm ſi cɧ principiat dictionem, effertur raucè ſemper, ſeù gutturaliter, vt ſuprà, vt mo cɧoꞅ, mo cɧeɑnn, latinè, *meus pes*, *meum caput*.

ɧ afficiens litteram ꝺ in dictionis initio vocali præpoſitam ſonabit inſtar *y* initialis apud Anglos, in vocula *you*, vt ꝺɧʋɩꞇ,

lati-

latinè *tibi*; tamquam ſcriberetur ʒuʃc. Si autem ᵭħ finiat voculam, tunc ſyllaba præcedens effertur cum vtriuſque eliſione, quaſi fermè non eſſent, vt ꝼleaᵭħ latinè *conuiuium*: ita enim perimuntur, vt ᵭ penitùs non audiatur; ſed neque ħ niſi modicè & extraneo quidem modo, nempè retenta immota linguæ extremitate prope radices inferiorum dentium, eleuato eiuſdem medio, editoque ſono, vel tenui, vel craſſo. Si tamen ᵭħ venerint in medio voculæ plurium ſyllabarum, efferuntur inſtar ı, in *aio* apud Latinos, ita vt potiùs ſequentem initient ſyllabã, quàm finiant antecedentem: vt ʒꞃaᵭħach, latinè, *amans*, ac ſi ſcriberetur, ʒꞃaıġch efferendo

I tamquam partem non prioris, ſed poſterioris ſyllabæ. Sed ſi dh in medio venerit dictionis biſſyllabæ, in qua conſona eas immediatè præcedit, tunc ſonabunt inſtar *y* initialis apud Anglos; vt camdhall, latinè, *curuus, cęcus*; effertur enim tamquam ſi ſcriberetur camyall, ita vt *y* ad poſteriorem, nullatenùs ad priorem attineat ſyllabam.

Quoties & vbicumque, h afficit f vbicumque fuerint penitùs perimuntur, & eliduntur, ita vt cum nulla faciant vocali ſonũ: vt a fhir, fheil, fhairſaing, fhortill, latinè, *vir liberalis, ample maieſtosè*. Proferuntur enim ac ſi ſcriberẽtur hoc modo a ir, eil, airſaing, ortill, ne proinde putes quod ſuperfluant, quia deſeruiũt

ad ſenſum, deriuationem, & genus voculæ. Porrò *ir* abſq; ipſis ſignificaret Hibernis non *virum*, ſed *iram*. ꝼ igitur in dicta dictione nunquam omittitur, quia eſt poſſeſſiua earum litteræ Hibernis licip ꝼealbcha; ſic de alijs initiatiuis, poſſeſſiuiſque dic vocabulorum conſonis.

ᵹh ſiuè in principio, ſiuè in fine dictionis poſita, parum quaſi vel nihil differt quoad ſonum à ꝺh de qua iam diximus, vt cùm dico á ᵹhiolla, ꝼhaoᵹhalcaiᵹh, bhaoᵹhlaiᵹh latinè, *famule*, *mũdane*, *periculose*. Iſtæ enim voculæ efferuntur tamquam fermè ſi loco ᵹh eſſet ꝺh vtrobique, vel græcula *y* pronunciata ab Anglis, vt ſuprà, vt á yjolla vel á ꝺhjolla, ꝼhaoꝺhalcajᵹh, vel ꝼhao-

galtaigh,bhaodhlaidh.non proindè tamen licebit alterùm pro altero poni,alioquin non diſcerneretur ſenſus in proſa, vel metro. Si enim ſcripſero a ghaill, neſcies quid intendatur; an dall, anne gall in vocatiuo, latinè, *cęce*, vel *galle*, vt iam ſuprà dixi de gh. Non oportet ergo cum gallo cęcũ,nec cũ cœco gallum hic confundi,maximè in ſcripturis.

Mh poſita vbicumque volueris Hibernis ſonat quod V digamma ſeù cõſonans, quaſi elata tamen per nares; vt a mhathair mhaith, latinè, *bona mater*: ita tamen vt efferantur per nares.

Ph, in initio vel medio voculæ cum quacumque vocali idem ſo-

ſonat, quod f, vt: a phinn Phatricc, latinis, *Penna Patricij*. Verùm ſi dictio fuerit nomē hominis proprium, & ſub initio, vocalis ſubtilis ſubſequatur nempè i, vel e; tunc ph prorſùs eliditur in pronunciatione tanquam ſi non eſſet, taceturque vt a Philib, latinè *Philippe*. Et effertur tanquam ſi ſcriberetur, a ilib. Verùm quoties vocalis ſubſequens, ph, non fuerit ſubtilis, ſed larga, nimirum, a vel o, vel u, vel etiam dipthongus vt ea, vel io; tunc ſonabit eodem prorſus modo, quo apud Latinos f. vt a Phatruicc, a Phoil, a Pheadair, vel a Phiotair. Latinis *Patrici*, *Paule*, *Petre*.

Sh, in fine, vel medio dictionis (præterquam quod Hibernis nunquam ſunt in fine) eliditur, ſ, & ſonat, h. vt apud Latinos cum aſpiratione, vt cùm dico: mo ſhuil, mo mhorſhuil. Latinè, *meus oculus, meus magnus oculus.* Efferuntur ergo tamquã ſi ſcriberentur, mo huil, mo mhorhuil. ità vt, ſ, in enunciatione omninò taceatur, ſpirante ſola h.

Denique th in initio, medio, & fine dictionis idem in pronunciatione ſemper præſtat, ſpirante tantùm h eliſa prorſùs t: vt a thinnis chrthaigh gan dath: latinè, *morbe inſane ſine colore*, quod effertur tamquã ſi ſcriberetur: á hinnis chrhaigh gan dah.

Ex omnibus autem aſpiratiua h hoc habet, quod nunquam afficiat litteram, l, aut n, aut r; nec vnquam ad ipſas immediatè ſubſequatur. Formatur autem vel poſt conſonam immediatè, vt ſuprà, vel velut punctum ſupra ipſam, quod Hibernis idem eſt.

CAP. V.

De reliquis Conſonantibus.

IN cæterarum enunciatione Conſonantium exigua eſt difficultas, niſi quis forſan peccare voluerit: eodem quippè modo ab Hibernis atque Latinis efferuntur.

l, quippè vtrobique & lingua

dulceſcit, & palato: lingua enim eam format ſuperam partẽ premens, obſtanſque tantiſper ſono; verùm ab Hibernis, ſi hæc fuerit initialis littera, effertur tãquam eſſet duplex l ab Hiſpanis prolatum, vel gl ab Italis, vt lamh, latinè *manus*, veluti ſi ſcriberetur llamh. In medio autem & fine ſonat ad amuſſim ex natura ſua, ſicut apud Latinos, vt ſileadh beil: latinè *ſputum oris*. Dixi ex natura ſua, ex appoſitione enim alterius conſonæ non aſpiratæ ante l in prima ſyllaba vel alia, tunc l ſonat quod ll apud Hiſpanos, vt ſlaţad mhaſluigheach, latinè *pala ignominioſa*. Effertur namque tunc tamquam ſi ſic ſcriberetur ſllaţad

ſao mharllyghea ch.

M, ſimiliter & N & P. & R. ab Hibernis quemadmodum à Latinis ex natura ſua efferuntur: præterquam quod N initiatiua voculæ vel ſequens ad ſ, aut D, aut l, enunciata tranſeat in duplex N vt: nnamh ſneachta na colnacenona ar maondaltadh. latinè. *Color niuis carnis in meo vnico adoptato*, vbi littera N ſonat inſtar NN apud Hiſpanos, vel *gn* apud Italos: & præterquam quod R initialis & ſequens ad ſ abeat in RR vt hic: righ ruadh ſronmhor, latinè, *Rex Ruffus magni naſi*: nam effertur vtrobique tamquam ſi duplicaretur ſic rrigh rruadh ſrronmhor. Verùm hæc regula in qui-

buſdam paucissimis patitur ex-
ceptionem: vt in re, reat, latinè
contra, *contra te*, &c.

ſ conſonarum penultima, omniumque facilè Regina, accreſcit, præfigique poteſt cuilibet nedum vocali, verùm etiam conſonæ in hoc idiomate; ita vt nulla eam recuſet, adeòque omnium dicitur vniuerſaliſſima cũctarum ſcilicet ſingularumque ductrix vt patet in ſequentibus: ſab, ſegh, ſic, ſonn, ſult, ſbiorad, ſceng, ſdol, ſfiaghnuis, ſgeul, ſliabh, ſmior, ſnamh, ſpor, ſron, ſtan, latinè, *mors*, *bos*, *ſiccus*, *pertica*, *iucũditas*, *ſpiritus*, *lectus*, *ſedes*, *teſtis eſt*, *hiſtoria*, *mons*, *medulla*, *natatio*, *calcar*, *naſus*, *ſtannum*. Audio hinc aliquos in litteram ſ velut

lut in adulterinam inuectos, vtpotè cum quauis facilè coniungibilem, porrò quod deſeruiat ad ſibilum, formeturque tortâ quadam formâ; indè eam nunc mereitricem, nunc caudatam, nunc ſerpentinam, vel viperinā nuncupant ferinam atque brutalem ignoſcite Momi: ſi quod enim hic crimen, cur non litteram ℜ eadem licentia mordeatis, & alias inſuper conſonantes? ℜ quippè canum 𝔐 boum, 𝔅. ouium, ſic denotant proprietates; animantium namque quædam irruunt, alia mugiunt, alteræ belant, & balant. Inuehemini (quid valet?) fortè in genus humanum, cuius tamen ſibilos; ſaltem nonnullos non negabitis ſuauiſſimos. Quid de tibijs, fiſtulis, & organis non murmurabi-

rabitis;certè rebus optimis litteram ſ præfixit antiquitas nominaliter acceptis, veluti principem, *ſpiritui*, *ſoli*, *ſtellis*, *ſyderibus*, *ſaluti*, *ſanitati*, *ſummo*, *ſupremoque*.

T, ſonat Hibernis ex natura ſua quod Latinis : vt : ata tu faiteach. Latinis; *tu es timidus*. Rideo recentiores hodiè Latinos, quorum non pauci, ne dicam fermè omnes, *t* poſitam ante *i*, ferunt aliquando, vt debent cum Hibernis, aliquando verò, vt volunt, contra antiquos; ſicut videre eſt in penultima *iuſtitiæ* ſyllaba, quam alij efferunt inſtar, *c*, ſibilantes cum Italis; alij ac ſi eſſet, *tz*; nonnulli ac ſi fuiſſet *z*; non pauci tanquam ſcriberentur cum, *S*. Bone Deus; quan-

quanta hic confuſio ? cur ſic ? cur *caſtius*, & *iuſtius* rectè mecũ profers; & tamen non ſic : *litiũ*, *vitium*, *tutius*, *ſatius*, *totius* ? Cùm nemò veterum tale quid de *ti* vnquam ſomniauerit, quin id ſemper ſit pronunciandum vniformiter vbique ſicut in *tibi*. Cur *t* ante *i* ſolum in aliquibus tantùm dictionibus, & non in omnibus, nec ante *a*, vel *o*, vel *v*, naturalem ſuum commutet ſonum in alienum ? immo cum tuo hoc modo, pronunciando vitiosè vitiũ, decerni nequibit à tuis, an de vitibus tibi, anne de defectu ſermo. Idem tu mihi forſan obijcies : verùm ignoſcas quæſo : ego enim veteribus inſiſto, mihique de *ti*, & *t*, vbique ac vniformiter conſiſto : tu neutrum

facis.

facis. Porrò longè tolerabilius eſt, quòd vna vocula ſit æquiuoca, quàm quòd vnius ſyllabæ, vel litteræ, id eſt vnius, *ti*, vel *t* pronunciatio ſit multiplex & ambigua. Nec valet dici, hoc factum quia ad *ti* ſequitur vocalis, vel dipthongus, vt in *iuſtitia*, quia hoc eſt allegare motiuum huius abuſus recenter inducti. Rurſus quare ſimiliter *te* in *puteo*, ſequente nimirum *o* ad *te* pronunciari non deberet, ac ſi eſſet vel *c*, vel *z*, vel *ſ*, vel *tz*? Stat pro ratione voluntas, non veterum tamen ſed recentiorum.

Hiberni denique *x* non admittunt (etſi Chriſti Crucem ſemper venerentur,) vt patet in ꞅaᵹꞅanach, latinè, *ſaxo*. Sed loco eius vtuntur: ᵹꞅ. apud quip-

pè

pè eos locum non habet, vtpotè quibus exoſa eſt ſuperfluitas. Nec admittunt w, quin loco eius contenti ſint b molli, ſeù bh. vel poſtpoſita, vel præpoſita vocali, vel ſyllabæ. Similiter in exilium abigunt z; pro qua contenti ſunt vel ſolà ſ, vel τſ, quando foret neceſſarium. Loco græculæ *y*, vtuntur littera ι, aut ei. Cur autem nec *Q*, nec *K* admittatur, ſuperiùs iam diximus Cap. 2. ijs enim Hibernicè ſcribentibus nullum eſt opus, tametſi in peregrinis, vt in *Kalainn* latinè, *Kalendas*, illi vti queant, ſi velint.

CAP.

CAP. VI.

De Dipthongis , & Tripthongis .

VOcalis latè ſumpta pro ea, quæ vel ſe ſola, vel conſonanti addita vnicam conſtituit ſyllabam, & ſine cuius adminicnlo nulla ſubſiſtit ſyllaba: diuiditur in ſimplicem ſeù irreſolubilem in plures; cuiuſmodi eſt quælibet ex quinque enumeratis Cap. I. videlicet *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, & in complexam. De ſimplicibus pro nunc ſat ſuprà dictum eſt. Complexa autem eſt combinatio plurium ſimplicium ad vnius certæ ſyllabæ conſtitutionē deſeruiens, vt videre eſt apud Latinos. Hæc complexa adhuc

vo-

vocalis ſubdiuiditur in dipthongum, ſeù biuocalem, & in tripthongum ſeù triuocalem. Dipthongus Hibernis ꝺaꝼhoᵹhaꞃ. Latinè *biuocalis*, eſt combinatio duarum dumtaxat vocaliũ ſimplicium in vnica ſyllaba, vt ꝺaoꞃ, latinè *carum*. Tripthongus, Hibernicè ꞇꞃıoꝼhoᵹhaꞃ. Latinè *triuocalis*, eſt combinatio trium præcisè vocalium ſimplicium in vna tantum ſyllaba, vt ꝺaoı, Latinè, *malus*.

Aduerte huiuſmodi dipthongum tranſire in vnum ſonum diſtinctum, diuerſumque á ſono vtriuſque vocalis ſeorſim ſumptæ, vt in exemplo iam poſito. Similiter ſuo dic modo de tripthongo apud Hibernos, vtrobique enim ſonus eſt vnicus, mixtus

tus tamen, & quodammodo diſtinctus, ex pluribus ſimul coëū-tibus in vnum. Hircoceruus enim neque hircus eſt, neque ceruus, ſed quoddam ex vtroque mixtum, & conſtitutum, dictum hircoceruus.

Verùm non poſſum non redarguere quoſdam hodiè Latinos, quibus quatuor tantum extant dipthongi, *æ*, *œ*, *au*, *eu*, & duo præterea quos à Græcis acceperunt, vt *ei*, & *yi*; quibus ſi velis, adde, *ai*, & *oi*, vt in ſequentibus, *ſæpè*, *amœnus*, *auditur*, *eurus*, *crudeleis*, *harpyias*, *aiax*, *Troia*. Nam etſi *au*, & *eu*, & *yi*, & *ai*, & *oi*, rectè efferant; nequaquam tamen *æ*, & *œ*, quos confundunt cum *e* ſubtili, ac ſimplici. Hos ego non dicam turdulos, eſto ab anti-

tiquis & Hibernis differentiſsimos. Quæro tamen cur ſic? aut qui hoc fieri poteſt? vno tantum eos iugulabo telo. Nunquid non fruſtrà inuentæ ſunt huiuſmodi dipthongi, ſi ſono & enunciatu à vocalibus omninò ſimplicibus nihil differunt. Terentianam potiùs amplector regulam: vtpotè aſſerentem vtramque biuocalem ſono iungi, eaſque vi gemina eſſe præditas. At apud hos non ſic; qui & *Phœbum* pronunciant & *Muſæ*, tamquam ſi ſcriberetur *Phebus & Muſe*. Vbi id vſpiam ante hos factum? quos vix non papilliones vocitem, qui ſic efferunt, & digni videantur, qui inſtar infantium papillare dicantur; vel paſſeres, ſi in ſua perſiſtant pertinacia. Non ſic Hiberni non ſic; apud quos in

ſuo

ſuo idiomate aliter ſonat ae, & longè aliter e. vt videre eſt in be bhaech, Latinè, *fœmina ſtulta.* Siſtunt ergo Patrum, veterumque veſtigijs, nec cum nouatoribus in vicinio mutant religionem Hiberni.

Dipthongi, itaque apud hos numerantur tredecẽ biuocales, vt ae, aj, ao, ea, ei, eo, eu, ja, iu, jo, ua, uj, oj. Tripthongi autem, ſeù triuocales, quatuor ſunt non plures, vt aoj, iai, iuj, uaj. Ex quibus quatuor incipientes ab a, communi nomine vocantur ab Hibernis amharcholl: incipientes verò ab e, numero etiam quatuor, appellantur ebha: incipientes ab i, nuncupãtur: jfin.

nu-

numero quinque : incipiens ab o, vnica biuocalis appellatur oıṗ: incipientes denique ab; u, numero tres nominantur uılleann. Contendunt nonnulli admitti non debere biuocalem eu, quibus ego non ſubſcribo; tùm quia id non probant, tùm quia apud antiquarios ipſam frequenter deprehendi.

Qualiter dipthongi vel tripthongi apud Hibernos debeant pronunciari, res eſt ſcitu difficilis: hoc opus, hic labor; meo iudicio vix vllus perfectè diſcet qualiter efferantur, niſi attentè auſcultet peritum in hac lingua aliquem eas pronunciantē, diſcipulo per omnia imitandum. Itaque efferuntur omnes non durè, nec aſperè, ſed molliter & ſua-

ſuauiter, quaſi ſimul vna vocè non fracta; ita vt licet quælibet vocalis vnius aut dipthongi, aut tripthongi confundatur in ſono, cum reliquis eiuſdem; nihilominùs ex mixto ſic omnium ſono, ſingulæ aliquantiſper diſcernuntur; non minus quam vinum benè lymphatum à puro.

Itaque prima dipthongorum ao. effertur lato mollique ſono; ore videlicet modicè aperto, pugnante parce halitu cum ſuperiori palato, reliquis omninò immotis, vt aoǒh, quod propriũ eſt nomen *viri*, tametſi idem ſignificet quod Latinè, *ignis*.

Secunda biuocalis ae, effertur ſicut à priſcis olim Latinis, in *Muſæ*, *ſæpè*, & ſimilibus, largius nempè quàm ſi ſcriberentur cũ

e ſimplici, vt *ael* latinè *calx*.

Tertia biuocalis *ai*, effertur vt à Latinis, *ai* in *aiax*, *cpain* latinè *ſus*.

Quarta nimirùm *ea*, pronunciatur vno tractu & ſyllaba confuſiùs, quàm à Latinis, vt *bean* id eſt, *mulier*.

Quinta *ei* fertur inſtar Latinorum, vt *pein*. ideſt *pœna*. Pariformiter dic de reliquis, præterquam quòd quædam apud Latinos duas ordinariè faciant ſyllabas; apud verò Hibernos non niſi vnicam, ſiuè biuocalis fuerit, ſiuè triuocalis.

Alia, præter enumeratas combinationes in vna ſyllaba, nulla reperitur apud Hibernos, niſi fortè ex imperitia, vel errore ſcribentis.

Animaduerte & attende benè quemadmodum Cap.1. dictũ eſt,ex vocalibus alias dici largas, alias verò ſubtiles; ita ex his biuocalibus & triuocalibus, illas eſſe largas, quæ deſinunt in vocalem largam, nempè a, vel o, vel v. Eas verò ſubtiles eſſe,quæ in ſubtilem j, vel e finiunt. Omnes autem tripthongi ſubtiliter finiunt in i. Dipthongi verò nonnunquam in a: aliquando in o, interdum in u, e, vel i.

Rurſus obſerua in voculis poliſyllabis quibuſcumque ſaltem ordinariè ſeruari debere regulã Hibernis tritam tùm in ſcriptura, tùm in ſono, quæ dicit caol le coal, leathan le leathan. latinè *Subtilis cum ſubtili, & larga cum larga*. Hoc eſt dicere, ſi po-

poſterioris ſyllabæ prima vocalis fuerit ſubtilis ; ſimiliter prioris ſeù antecedentis ſyllabæ vltima vocalis debebit eſſe ſubtilis ; pariformiter ſi larga , larga ; aliàs vitium erit tùm in enunciatione, tùm in orthographia. non tamen requiritur quod vtraque vocalis ſemper ; ſit eiuſdem ſpeciei, vel numeri, tametſi multoties contingat quòd ſint, ſed ſufficit quòd ambæ ſint largæ, vel ambæ ſubtiles. Dixi ordinariè, nam exceptio datur de quibuſdam pauciſſimis, vt ına , ınaꞃ , &c. latinè, *quam , in quo* &c.

CAP. VII.

De conſonantium diuiſione.

COnſonans , Hibernis conſaıne latè ſumpta pro quacumque littera , quæ ſe ſola , vel cum alia conſona ſyllabam non conſtituit , diuidi poteſt , vt dictum eſt de vocali ſuperiùs , in ſimplicem , & complexam . Simplex eſt vnica , ſeù irreſolubilis in plures ; cuiuſmodi ſunt ſingulæ , de quibus hucuſque ; ſi aſpiratiuam *H* exceperis , & vocales . Complexa vocatur combinatio plurium conſonarum in vna ſyllaba. Rurſus hæc complexa ſubdiuiditur in homogeneam , & hæterogeneam : homogenea cõſtat pluribus conſonis ejuſdem

rationis, vt *tt*; *cc*. hæterogenea pluribus diuerſæ rationis, vt *ſg*. Homogenea eſt quintuplex. vt cc, ll, rr, nn, tt. Hæterogenea adhuc longè magis multiplex eſt; de quibus infra. gc autem ſonat quod g. dt ſonat quod d. *R*eliqua verò ſonant quemadmodum apud Hiſpanos, verùm loco *cc* ſcribi poteſt *gc* ſicut & loco *tt* ſcribitur ad libitum *dt* manente ſemper eodem ſono.

Ex hæterògeneis complexis in vna ſyllaba poteſt *b* ſequi ad *d*, vel *l*, vel *n* vel *r*; præſertim ſub fine; vt ſeadhb, leadhb, gearb, ſearb, *&c*.

Item *C* ſequi poteſt ad *g*, vel *l*, vel *r*, vel *ſ*, vt caſlc, ſrongc, airc, caiſc, ſcib, ſcith, *&c*. Similiter in eadem

 ſyl-

ſyllaba ſequi poteſt *d* ad *c*, vel *r*, vel *ſ*, vt ſmachd, achd, ard, ord, tosd, eisd. Verum *ſ* in voculæ incomplexæ vna ſyllaba ad nullam conſequitur conſonam immediatè. *G* autem ſubſequi valet ad *d* aut *l*, aut *n*, aut *r*, aut *ſ*, vt tadhg, meadhg, cailg, cong, arg, cosg, &c. Item conſona *m* ſequi poteſt ad *n*, vel *l*, vel *r*, vt ailm, ainm, airm. Item *n* ſequi poteſt ad *n*, vel *r*, vt ceann, corn.

Item *p* ad *m*, vel *l*, vel *r*, vt poimp, ailp, corp. R autem in eadem ſyllaba ſequi poteſt ad aliud *r* in fine, vt tarr. & non ad aliam conſonam vllam niſi extra finem vt hic,

brian,

brian, ſrian, trian, druath, &c. S. finale tantùm ad vocale ſequitur; *t* verò finalę ſequi poteſt ad *ch*, vel *l*, vel *n*, vel *r*, vel *ſ*. Verùm *l* finale non niſi ad aliud *l* ſequitur.

Conſonantes ſuprà numeratæ à principio diuidi poſſunt in fortes, & non fortes. Fortes ſunt quatuor, nempè *ll*, *nn*, *rr*, *m*; quibus addi ſolet *ng*, non quòd *ng* ſit conſona complexa in omni rigore, & homogenea, neque quòd *m* reipſa ſit talis complexa; ſed quòd in pronunciatione *m* ſonat apud Hibernos, ac ſi eſſet *mm*, & quod *ng* Hibernis ſonet duplex *n*, ſeù inſtar duplicis *n* apud Hiſpanos, præterquàm quòd id perfectè non attingat, nec planè id enunciatu attingat, ſed vtraque conſonans

vnico efferatur tractu, ſicut apud Anglos videre eſt in *thing*, *long*, vt a ngoꞃt, latinè *in ſegete*; a loıng, id eſt, *in naui*. Reliquæ autem conſonantes dicuntur non fortes.

Trita eſt alia (de qua ſat dictum eſt, tractando de aſpiratiua *h*) conſonarum diuiſio, in aſpirabiles, hoc eſt, admittentes *h* poſt ſe, vel ſupra ſe, vt diximus; & non aſpirabiles; non aſpirabiles autem ſunt *l*, *n*, *r*; aſpirabiles verò ſunt reliquæ omnes.

Præterea conſonantes ab Hiberniæ Poëtis in octo diuiduntur claſſes: Prima eſt mollium, Hibernis, con aıne bhoga, quæ ſunt numero tres *c*, *p*, *t*. Secunda eſt durarum, Hibernis,

con-

conſaine chruaidhe, & ſunt numero tres, *b*, *d*, *g*. Tertia eſt aſperarum, vulgò conſaine gharbha. numero quinque *ch*, *th*, *fh*, *ph*, *sh*. Quarta eſt fortium, de quibus iam dixi, nempè *ll*, *nn*, *rr*, *m*, & *ng*, Hibernis dictum miatal. Quinta eſt leuium, vulgò conſaine eattromà, numero ſeptem, *bh*, *gh*, *mh*, *l*, *n*, *r*, *dh*. Sexta vocatur debilium, vulgò conſaine lag, vnicam namque continet, nempè *f*. Septima claſſis ſolam habet *ſ*, quæ vulgò vocatur aimrid, eò quòd ſine aſpiratiua ſubſequente nulli correſpondeat in Metro, niſi alteri *ſ* ſimiliter conſtitutæ. Octaua tandem claſſis vnicam continet *h*, ſiuè hæc litera voce-

tur, ſiuè aſpiratio. Aduerte diligenter, quoties in vnica ſyllaba ad literam *ſ*, *l*, aut *m*, aut *n*, aut *r*, aut vlla ex dictis ſequitur, quòd talis litera ſubſequens ſonet in præfata ſyllaba, efferaturque tamquam ſi fuiſſet duplicata, vt sliabh, sluagh, srian, sniamh, smal, aonla, iarladh, toirneach, comlain, tonlom, anrod, &c.

Item aduerte in adiectiuis poſſeiſſiuis deriuatis à ſubſtantiuis deſinentibus in *ll*, vel *nn*, omitti debere vnum *l*, & vnum *n*, vt aibhleach ab abhall. Item aibhneach ab abhuinn, foirneach à foirneann.

Item, ſi particula *a* in ſermo-

ne

ne Hibernico præcedat immediatè dictionem incipientem ab *n*, vel *l*, vel *r*; ea præſertim ſignificante idem quod *ſuus*, vel *ſua* apud Latinos, & ſubſtantiuum quod afficit ſit fœminini generis, vel ſaltem attinens ad fœminam, quòd tunc *l* efferatur fortiter tamquam duplex *l* apud Hiſpanos. Similiter dic de *n* & *r*; loquendo enim de muliere, dico a lamh, id eſt, *ſua manus*, tamquam ſi ſcriberetur a llamh. Verùm ſi ſermo eſſet de viro, non ſic, ſed ac ſi vnica eſſet *l*, vt a lamh. Similiter loquendo de viro, cùm dico a roſg, id eſt, *ſuus oculus*, fertur *r* vt iacet; loquendo verò de fœmina, vel re fœminini generis, effertur roſg ac ſi ſcriberetur a rroſg, *&c.*

Si autem particula *a* ſignifi-
cet idem quod præpoſitio *in*, ef-
feruntur dictæ literæ fortiter ac-
ſi eſſent duplicatæ, ſiuè ſermo
ſit de fœmininis, ſiuè non. Si
denique *a* denotet ſignum Vo-
catiui caſus literæ prædictæ ef-
feruntur leniter, non fortiter,
de quocunque fiat ſermo.

Nota denique ſi *dh* in vna ſyl-
laba ſequatur ad *r* finientē prio-
rem voculæ ſyllabam, quod to-
tum ſuum tunc ſonum commu-
tet in aliud adhuc *r*, vt ordha
an fear o Mordha, latinè, *o Mo-
rus eſt vir aureus*, quod effertur
acſi ſcriberetur orra an fear o
Morra. Similiter *n* valet ſono
quod duplex *l*, Item *dn* quod
nn; vt peacadh na colna ceadna,
latinè; *peccatum eiuſdem carnis*,
ef-

effertur quippè ac ſi ſcriberetur colla ceanna.

CAP. VIII.

De poteſtate conſonantium.

POteſtas conſonantium vulgò comhacht na gconſonadh eſt illa vis quam in ſe habent conſonantes mutuò, & exercent, ſeu quâ vna alterius alterat, mutat, extinguit, vel reſtituit ſonum. Hæc autem poteſtas diuiditur in Eclipſin, merſionem, ſuppreſſionem.

Eclipſis Hibernis urdhuighadh eſt quædam obnubilatio, ſeu extinctio alicuius propriæ, poſſeſſiuæque conſonantis in vocula, ex qua dictio ex natura ſua incipit; idque ratione alicuius con-

conſonæ,caſu cadentis,ſeù aduenientis & præcedentis ipſam; qua eam tenebris obducit, eliditque tanquam ſi non eſſet, vel in ſuum conuertit ſonum; vt ᵹ̇ᵹcıall, quia ibi *C* litera poſſeſſiua in vocula cıall eliditur, nec ſonat, nec auditur, propter G aduenientem caſu, antecedentemque ipſam, nec effertur magis, quàm ſi non eſſet. Hoc genus Eclipſis in initio duntaxat voculæ locum habet.

Merſio fermè coincidit cum Eclipſi per omnia, niſi quòd Eclipſis in principio voculæ locum habet, non alibi. Merſio autem non in initio tantùm, ſed & alibi, vt in medio, vel circitèr; quæ ab Hibernis bathadh, & reperiri ſolet in voculis complexis

ſeù

ſeù cõpoſitis ex duabus, vt goib-fionn, latinè *roſtrum album*. geal-lamh, Latinis *candida manus*.

Eclipſis *ng*, vulgò vrodhju-ghadh njatal, hoc habet ſpeciale, quod *g* non penitùs taceatur, ſed aliqualiter vno tractu ſimul cum *n* efferatur, vt ar ngort latinè, *noſtra ſeges*.

Eclipſatur autem *b* per *m*, item *c* per *g*, item *f* per *b*, item *t* per *d*, item *c* per *c*, item *d* per *n*, item *p*, per *fh*, item *t* per *t*, vel *d*, item *g* per *n*, vt ſuprà, vt in ſequentibus ar mbevl, ar gcojr, ar bfearann, ar dtir, dfvil, mfvil, tfvil, a bpejrn, a gcath, ar ndia, ar bpopa, vel bfupa, ar ttir, &c. latinè, *noſtrum os*, *noſtrum ius*, *noſtra terra*, *noſtra patria*, *tuus ſan-*

ſanguis, meus ſanguis, veſter ſanguis, ſub pœna, in conflictu, Deus noſter, noſter magiſter, noſtra patria, &c. Similiter in complexis vt ſuprà ſuo modo facit merſio, vt in goibfionn, geallamh, socgob, gobbridhe, cnoccharr, cloichcheann, vel cloigcheann, roid-dhireach. Sic in complexis ſub medio *l*, ſubmergit literam, eliditque *f*, & literam *ſ*, vt videre eſt in milfleadh, latinè *melleum conuiuium*, geilsealg, latinè *alba venatio*. Similiter *m* perimit literam *ſ*, item *r* mergit literam *ſ*, vt seansnath latinè *vetus filum*, morsnath orsnath, latinè *magnũ filum, filum aureum*. Adeoque cõcurrentibus duabus in medio conſonis, ſi eiuſdem ſunt ſpeciei, pri-

prima effertur, ſecunda mergitur (niſi ſint *ll*, *nn*, aut *rr*) vel euadent in affinem, cognatamque conſonam. Sic vna cõſona dura cedit ſuæ affini, nempè molli, vt videre eſt in socgob, breacglan, gairbphian, fodtlaith. Vndè in merſionibus *cg*, *gc*, *cgh*, *ghc*, efferuntur velut *c* tantùm. Rurſus *bp*, & *pb* ſonabunt ibidem velut *b* tantùm. Affines, ſeù inter ſe cognatæ cõſonæ ſunt *g*, & *c*, item *ch*, & *gh*, itẽ *b*, & *p*, item *d*, & *t*, item *p* & *t*. Idcircò socgob, gairbphian fodtlaith, slaitdearg, breacglan, moidteann, pronunciantur ac ſi ſcriberentur socob, gairphian, fodlaith, flaitearg breaclan, moiteann. Sic soirpbeag, tanquam *b* non interueniret

niret, enunciabis soirpeag. Conſequenter ſubſequentia glacdhonn, glicfear, glaicthеann, bogshronach leguntur ac ſi ſcriberentur glaconn, glicear, glaiceann, bogronach; Item *r*, ſimilitèr mergit *d* ſequentem, vt iam dixi de ordha, & quælibet conſona mergit ſubſequentem *f*, proindè *f* per antonomaſiam vocatur debiliſſima.

Aduerte ex dictis nunquam ſequi, quòd in ſcriptione liceat literam mergendam omitti, eſto omittatur in ſono: aliàs foret magna confuſio, & ignoraretur dictio, ſeu ſenſus voculæ, eiuſque tùm proprietas, tùm natura.

Nota inſuper licet nec *l* mergat *l*, nec *n* mergat *n*, nec *r* mergat *r*, vt dictum eſt, ſed efferantur

tur

tur fortiter vno tractu, vt ſuprà; nihilominùs licere Poëtis gratiâ carminis efferre ipſas, tanquàm mergentes, & merſas, quãdo perfectio carminis id requirit, & tũc reannos, gellamh, morrath, efferuntur, tanquàm ſi ſcriberentur reanos, gealamh, morath.

Suppreſſio, vulgò cadad eſt occultatio aſpiratiuæ *h*, appoſitæ alicui conſonæ, ratione alterius conſonæ præcedentis in eadem dictione complexa vulgò comfhocal. Hinc hæc ſuppreſſio meritò vocari poſſet reſtitutio ſaltem quoties nõ tàm occultat aſpiratiuam, quàm reſtituit conſonam, cui apponitur *h* ſuæ naturæ. Sic in his ſupprimitur *h*, gonthar, brailthear, lraidhthear, efferunturque, ac ſi non

inter-

interueniret *h*. Sic beanṫoḃḃḃ, goncha, rectè ſcribuntur, verùm pronunciare illas oportet, ac ſi non interueniret *h*, ob conſanguinitatem quam habet conſona præcedens *h*, ad anteriorem conſonam, necnon item gratiâ metri. Hinc ſimiliter rectè ſcribitur cuimmhin, ceirbhig. Et ſi efferuntur tanquàm ſi non interueniret *h*, tanta eſt affinitas, ſeù conſanguinitas, vulgò gaol, vel braithreachas, inter *b* & *m*, inter *p*, & *f*, inter *m* & *mh* inter *d*, & *t*; inter *l* & *t*, inter *n* & *th*; inter *n* & *dt*, inter *th* initiatiuam voculæ & *ll*, vel *nn*, vel *rr*, finitiuam præcedentis voculæ; vt in prolatione locum habeat hæc ſuppreſſio; propter autem hanc ſuppreſſionem ſcribes leacghearr

loing·

loıŋʒʒheaſſ ; enunciabis tamen tanquam non interueniret *h*.

Noto conſonas quæ eclipſantur, merguntur, vel ſupprimuntur, vt ſuprà, nunquam in ſcriptione prætermitti, niſi metri cauſâ, idque rarò & non niſi in medio dictionis complexæ. Noto item, ſi in nominatiuo caſu nomen aliquod finiat in *ch*, vt manach, latinè *monachus*, quod in genitiuo debeat ſemper finire in *gh*, vt meuo an mhanaſgh, latinè *magnitudo Monachi*. Si autem nominatiuus voculæ deſiuerit in *dh*, ſemper deſinet in idipſum in ſingulari numero, imò & in plurali per omnes caſus, exceptis datiuo & ablatiuo, in quibus omnia nomina finiunt in *bh*.

Nota de conſonantibus fortibus

tibus ſupra numeratis, vt *ll* in teampoll, quod quandoque variato caſu euadunt in ſimplex *l*, vt a ttēmplaib, latinè *in templis*. Sic colann ſimiliter mutatur in genitiuo caſu in colna. Sic ab aluinn deriuatur ailne, vulgò *formoſitas*, & effertur ac ſi ſcriberetur aille: quod tamen in reliquis fortibus non fit. Item quando ſubſtantiuum nominatiuè deſinit in *dh*, vt teangadh commutatur *dh* in *th*, maximè in plurali numero, ita tamen vt vltima *a* non præcedat, ſed ſequatur *th*; & ſic eliſa litera *t*, effertur aſpiratiua *h*, vt teangtha, tanquàm ſi ſcriberetur tengha. Denique ſi particula an, vel don, vel æquiualens præcedat nomen, inci-

piens

piens ex natura ſua ab ſ, tunc præponi debet litera t ante ſ, & effertur vocula eliſa ſ, vt an tſraid, don tſraid, don tſroin, latinè *platea*, *plateæ*, *naſo*, tanquam ſi non interueniret ſ in ſcriptione.

CAP. IX.

De quantitate ſyllabarum, & partibus Orationis.

QVantitas cuiuſque ſyllabæ vel eſt longa, vel breuis, vel media, vulgò ſinead fada, no gearr, no meadhonach. longa longè, breuis breuiter, ſeù breui temporis ſpatio, media autem medio quodam modo, ſeù ſpatio temporis effertur; ſiue vo-

calis

calis quâ conſtat fuerit larga, ſiuè ſubtilis.

A in initio ſyllabæ longæ, vel mediæ, Item vel in eius fine, diſtincte, clareque effertur, ita yt facile diſcernatur in prolatione à reliquis vocalibus. Verùm ſi ſyllaba fuerit breuis, non ſic: Si autem fuerit mediæ quantitatis, aliqualiter & longè meliùs diſçernetur, quàm in breui, licet minùs diſtinctè, quàm in longa. Idem ſuo modo dic de reliquis vocalibus omninò ſimplicibus; hinc in breuibus ex natura ſua, ex neceſſitate metri interdum, ita exigentis, cõmutatur quantitas vna vocalis largæ pro altera larga, & ſubtilis pro ſubtili; perindè enim ſcripſeris, baꞃ vel boꞃ. Item bꞃeathnuᵹhaoh annè

breathnoghadh, Item baga an bogo: &c.

Similiter omnis dipthongus, ſeù biuocalis breuis extrà primã dictionis ſyllabam, ſi incipiat à vocali ſubtili, hoc eſt *i*, vel *e*. Tunc largam ſubſequentẽ, maximè *o*, vel *u*, perindè ſcripſeris, vel enunciaueris, vt videre eſt in cruinniughadh, & cruinnioghadh, quod perindè fit.

Si autem dictio finiat cum vocali ſubtili, perindè erit ſiuè eam ſcripſeris cum *i* finali, vt miſi, vel miſe, latinè *ego*.

Omnis ſyllaba biuocalis, aut deſinit in largam, aut in ſubtilem: vnde ſi vltima eius vocalis ſit ſubtilis, antecedens vocalis poterit eſſe indifferenter quæcumque ex largis, ideſt, vel *a*,

vel *o*, vel *u*, vt videre eſt in poſtrema ſyllaba voculæ, fiachaidh: vbi perinde eſt, an ante *i* ponatur *a*, an *o*, anne *u*. Verùm ſi huiuſmodi ſyllaba fuerit larga, ſeù deſinens in largam, eſto incipiat à ſubtili, ſcribi poterit cum quacumque larga, vt in ſecunda ſyllaba voculæ cruinniughadh: vbi perinde eſt an ipſam ſcripſeris cum *u*, an cum *o*, anne cum *a*.

Dictiones prætereà deſinentes in largas huiuſmodi vocales, causâ præſertim rationabili ita poſtulante, finire poterunt cum quacumque larga indifferenter; & ſimiliter dico de ſubtili, præſertim niſi obſtet ſpecialis regula de aliqua: Sic ſcribes miſi, vel miſe, failte, vel failti, latinè *ſalutatio*. Vbi tamen in poliſyl-

liſyllabis indiſpenſabiliter obſeruanda eſt regula ſuperiùs data & explicata, nempè larga cum larga, ſubtilis cum ſubtili; hinc malè ſcribitur ꞇaŋıᵹ, malè item ꞇaınaᵹ, benè autem ꞇaıŋıᵹ, item ꞇaŋaᵹ, latinè *venit*: vt dictũ eſt vniuerſaliter, exceptis pauciſſimis; & exceptis voculis peregrinis maximè emendicatis ab alijs idiomatibus. Vnde in voculis Hibernicis componentibus vnam complexam attendi debet quomodo incipiat prima vocalis ſecundæ voculæ ex natura ſua, nam ſi fuerit larga, neceſſum erit, quòd vltima vocalis prioris voculæ ſit ſimiliter larga aliqua, eſto ex natura ſua & relicta ſibi ſeorſim nõ fuiſſet larga: ſimiliter ſi ſubtilis, ſubtilis. Sit exemplum

laimhgheal , sulghorm , latinè *candida manus* , *ceruleus oculus* : vbi propter *e* ſubtilem in gheal apponitur *i*, poſt *a*, in lamh, eſto ex natura ſua eàm non habet. Similiter propter *o* in gorm , aufertur *i* in suil : aliàs peccaretur in regulam (ſubtilis cum ſubtili, larga cum larga) aliter ſcribendo , vel loquendo : vbi diligenter obſerua in huiuſmodi complexis regulădam eſſe priorem voculam ad exigentiam poſterioris, non verò poſteriorem ad exigentiam prioris.

Diligenter adhuc obſerua aliquando vocalem penitùs etiam in ſcriptis mergi ſeù omitti propter quaſdám particulas idem quaſi ſignificantes, qualia ſunt pronomina poſſeſſiua , Hibernis ,

nis , inſghine ſhealbhuighthe, qualia ſunt mo , & mu , latinè *meus*, vel *mea*, vel *meum*. Si enim ſubſtantiuum ſequens huiuſmodi pronomen incipiat à littera *f*, tunc eliditur omninò *o* in mo, & *u* in mu , nec fertur, nec ſcribitur, & præmittitur *m*, vniturque immediatè ad *f*, vnde non benè dicitur, vel ſcribitur, mo fear , nec mu fear, nec mo feuſog, ſed mfear, mfeuſog, latinè *vir meus*, *barba mea* . Si autem ſubſtãtiuum huiuſmodi incipiat à vocali , ſimiliter omiſſa vocali in mo , & mu , ad eam immediatè adiungitur *m*, vt miall, non autem mo iall, latinè, *mea ligula*.

Pariformiter dic de præpoſitione regente datiuum , vel

 abla-

ablatiuum apud Hibernos, nem-
pè de do, vt dfior, latinè *viro*, deamonn, *Ædmundo*, malè ſiquidem ſcriberetur do fior, vel do eamonn. Verùm ſi hæc præpoſitio Hibernis iarbeurla, ſumatur pro pronomine ſignificante *tuus*, *tua*, *tuum*; tunc ſi ponatur immediatè ante dictionem incipientem à litera *f*, aufertur omninò tùm ſono, tùm ſcripto vocalis *o*, & loco *d* apponitur *t*, iunctim immediatè ante *f*; Sicut & ante vocalem (quæcumque illa ſit) initiatiuam ſubſtantiui ſubſequentis: Vnde nec benè fertur, aut ſcribitur: do fuil, nec do eadan, nec do aghaidh, benè autem ſic tfuil, teadan, taghaidh, latinè *ſan-*

guis

guis tuus, facies tua, vultus tuus.

Dixi ſubſtantiuum, nam pronomen do præpoſitum verbo, cuiuſcumque temporis, ſiuè incipiat ab *f*, ſiuè à vocali, manet omninò immutabiliter, vt do fhreagair, itẽ do fuadadh, itẽ do iarr, latinè *reſpondit, rapuit, petijt*, niſi verbum ſit infinitiui modi: tunc enim & in gerundinis ſublata vocali coniungitur *d* tali verbo, vt dfreagradh, id eſt *reſpondere*. Similiter dic, mfreagradh, id eſt *reſpondere mihi*, non verò do fhreagradh, nec mo freagradh, niſi interueniat licentia aliqua Poëtæ.

Vocalis *a*, in articulo *an* ſequente ſcilicet ad vel o, vel do, vel fo, vel fa, parit eclyp-

ſim *in* & ſcriptis & ſono, quia non benè ſcribitur aut dicitur o, an mbaile, ſed on mbaile: id eſt *ex villa*, nec do an ait, ſed don ait, id eſt *ad locum*, vel *loco*, nec fa an ccoill, nec fo on ccoill, ſed fan ccoill, & fon ccoill, latinè *ad ſiluam*. Similiter effer, & dic, & ſcribe am laimh, item id laimh, vel ad laimh, ideſt *in tua manu*, vel *in mea manu*; item dod laimh, fad laimh, fam laimh, od laimh, god laimh, & ſimilia; malè autem hoc modo do do laimh, fa do laimh, fa mo laimh, o do laimh, go do laimh vel go mo laimh, id eſt *vſque ad meam manum*.

Sicut ex verbis, ſeù voculis fit ora-

oratio,ita etiam ex ſyllabis,quarum tamen quæque per ſe ſit integrum vel verbum, vel nomen. Hibernicum namque idioma valdè eſt ſuccinctum: Eò quòd valdè multis gaudeat monaſyllabis, immò apud eos nonnullæ voculæ ſunt vna, & indiuiſibilis vocalis,vt *a*, quæ æquiuocè ſignificat nunc *altum*, nunc *montem*; nunc *lecticam*, vel *carrum*, *e* quæ *miſerandum* importat; *i*, quæ *humile*, *o*, quæ *aurem* ſignificat.

In poliſyllabis autem ſyllabizandis, cōſona ſequens vltimam vocalem prioris ſyllabæ enumeranda eſt tamquam attinens ad primam ſyllabam ſubſequētem; immò licet plures ſint conſonæ, vt in iaſgaireacht, latinè, *piſcatio*, ſic ſit; nam *ſg* attinent ad ſecundam ſyllabam; excipe ta-

men ab hac regula voculas complexas, vt deaghfocal romhaith, latinè *bonum verbum optimum*. Vbi ad ſingulas voculas cõplexarum tantum attinebunt ſuæ propriæ conſonantes, vt ibidem *gh* ad priorem, *f* ad poſteriorem, ſicut & *m* ad poſteriorem. Si tamen tot fuerint conſonæ, vt vnam nequeant cõ ſtituere ſyllabam, tunc ſyllabizanti ſunt diuidendæ & partiendæ; qualiter tamen nunquam biuocalis, vel triuocalis diuidi poſſunt, eò quòd vnicam ſemper conſtituant ſyllabam.

Lingua Hibernica ſeptem admittit partes orationis, ſcilicet articulum, nomen, præpoſitionem, perſonam ſeù verbum, aduerbium, coniunctionem, & pronomen. Articulus Hiber-

nis

nis airteagal dicitur; nomen, ainm; præpoſitio iarsgine; perſona, ſeù verbum pearsa, no briathar; coniunctio, coimhcheangal; àduerbium, reimhbhriathar, pronomen tarmbhevrla. Vetuſtiores tres tantùm orationis ponebãt partes vtpotè principaliores, nempè dictionem ſeù nomen, pronomen, & perſonam, ſeù verbum; per pronomen autem intelligebant promiſcuè omnia, quæ nec nomina ſunt, nec verba, ſed de his infrà.

CAP. X.

De Dictione.

OMnis dictio, vulgò focal, quæcumque fuerit pars

 ora-

orationis figuram habet & formam, hoc eſt, eſt principalis formalis, vulgò, priomhfocal foirmeamhuil, ſtat per ſe, nec aliunde deriuatur, vel formalis deriuata, id eſt, quæ formatur ab alia, atque deriuatur. Exemplum primæ ſit crann, cloch, id eſt *arbor, lapis*: ſecundæ verò crannoachd, clochachd, latinè, vt ita loquar, *arboreitas, lapideitas*.

Dictio formalis deriuata, alia eſt quæ deducitur à vocula alterius linguæ, vt fion à *viuo*, mo, & mu, quæ deriuantur à Græcula *mu*, & alijs, ſunt pronomen *meus, mea, meum*, vt ſuprà; alia verò deriuantur ab alijs vt ſuprà incomplexis, vt crannoachd, à crann, vel à complexis, vt

mioð-

miodhsultacht, deriuaturque à Græcula *mi*, importante negationem, & à sule; alia demùm deriuantur à dictione purè Hibernica, vt ſuprà, & ſic quædam nomina Hibernica deriuantur ab Hibernicis verbis, & verba viciſſim à nominibus.

Dictiones quæ ab alijs deriuantur hibernicis, quædam vocitantur aſſimilatiuæ, vel aſſimilationes, vulgò samhluigheachd, vel samhlughadh.

Aliæ deſpectum important, ſeù minorationem Hibernis dirbeagadh, vel laghdughadh. Aliæ multiplicationem, ſeù multitudinem important, Hibernis iomdughadh no iomodamhlachd. Aliæ, alia, vel *artem*, vel *laborem*, vel *officium*, &c.

No-

Nomen aſſimilatiuum eſt triplex, ſcilicet tulſhamhlughadh, ſamhlughadhamhuil, & ionſhamhlughadh: primùm dicitur tale quia per additionem ſyllabæ ta, vel da, ad principale in nominatiuo caſu ſingularis numeri vel in genitiuo plurali, euadit tale, vt beanta, & banda, id eſt *fœmineum* a bean, & ban. Item fearrtha, & fearrdha, id eſt *virilis* a fear, latinis *vir, &c.* Primæ ſpeciei deriuatiua non fiunt ab vllo genitiuo plurali ſyllabis excedente nominatiuum ſingularem, nec ab vllo, cuius conſona finalis in alia flexione redit in penultimam, vel antepenultimam ſyllabam, vt foghluidh, habens in genitiuo plurali foghluidheadha.

Se-

Secundæ ſpeciei deriuatiua euadunt talia ex adiectione particulæ amhuil ad principale verbum in genitiuo plurali, ſublata eius finali, admiſſa quadã aliquando ſubmerſione, vt ſeabhcamhuil ex ſeabhac, & amhuil, quod latinè importat *inſtar accipitris*.

Tertiæ ſpeciei deriuatiuum euadit tale additione particulæ *in*, ad principalem dictionem genitiui ſingularis, vt inḟeir, ionmna, primum namque deriuatur ab in & ḟeir, & ſignificat aptam viro, ſeù nubilem; ſecundùm ex in & mna, ideſt *aptum vxori, ſeù vxorabilem*. Sic dicitur ionarm ab in, & arm, hoc eſt, *aptus ad arma*. In his & ſimili-

bus

bus particula ın importat habilitatem magis quàm ſimilitudinem. Cæterùm hæc deriuatiua aſſinitatem habent cum aſſimilatiuis, præſertim finientibus in aſoɦe, vt ıaɼnaıoɦe, ꝺıabɦlaıoɦe, latinis *ferreum diabolicum*.

Deriuatiua multitudinem denotantia formantur adiectione ſyllabæ ach vel each, ad principale nomen datiui pluralis ablata huius vltima ſyllaba, vt toıɼɼeach à datiuo plurali toıɼɼɦıbɦ, vel toıɼɼɦaıbɦ, latinè *fructibus*. Item eachach, id eſt *equoſus, ſeù poſſidens multos equos*, à datiuo plurali eachaıbh, cui ablatis aıbh, adijcitur ach. Sic manchach, *habens multos monachos*, per adiectionem particu-

læ

læ ach ad ſyllabam manch in mancaibh, datiui pluralis. Hæc deriuatiua, vt dixi, importāt copiam rerum ſignificatarum per dictionem principalem. His affinia ſunt, quæ vocantur iomchughadh, vt ſuprà, quæ fiunt adiectione ſyllabæ mur ad principale nominatiui ſingularis, vt fionmur, id eſt *vinoſum, ceu copioſum in vino*, ita vt mur denotet copiam, fion autem importet *vinum*. Hæc deriuatiua ſi non ponātur in abſtracto vel ſumantur ſubſtantiuè, hoc eſt Hibernicè, ſi non ſint abſtraichd, vel ſuſtaint, omnia ſunt adiectiua, vt patet in banda, fearrdha fionmhuir, quorum abſtracta ſunt

banꝺachꞇ, ꝼeaꞃꝺhachꞇ, ꝼıoꞃꞃmuıꞃeachꞇ. Hæc autem adiectiua quandoque ſubſtantiari, ſeù ſubſtantiua euadere poſſunt, vt in vocatiuis, imò nominatiuis, vt maꞇhgamhnach, ꞃaꞇmuꞃ, ꞃachꞇmuꞃ, eachꞇach, latinè *Matthæus*, ita enim dici volunt; *copioſus in fœlicitate, in legibus, & valore*, &c. Sic de alijs.

Deriuatiua importantia minorationem, ſeù deſpectum ſunt in triplici differentia, quædam finiunt in ın, alia in an, vel en; & alia in og, vel eog, prioris generis propriè loquendo ſunt deſpectiua, vulgò ꝺıꞃbeagaꝺh. Secundi verò generis propriè dicuntur affinia deſpectiuorum, vulgò bꞃaıꞇhꞃe ꝺıꞃbeagaꝺh.

Ter-

Tertij generis vocantur conſanguinea deſpectiuorum, vulgò ſiur dhiſbeagadh. Itaque minoratiua primæ ſpeciei fiunt adiectione ſyllabæ, ſeù articuli in ad ſubſtantiuum animatum ſingularis numeri, vt beinin, firin, id eſt *mulierculas homunculus*, quæ componuntur ex in, & bean, item ex in, & fior, quibus in imminuit, ſeù minorat tùm bean tùm fior, latinis *fœminam*, *& virum*. Hæc formantur aliter, componunturq; ex nominatiuo plurali, & ex in, vt cuillin, hoc eſt, *nucula*, ab in & cuill. Item ex *in* & ſubſtantiuo datiui pluralis, deleto tamen vltima eius ſyllaba, & addito eius loco in, vt tair-

gnin,

gnín, *clauulus* ab ín & tairgníbh, bráithrín ab ín & bráithribh, latinè *fraterculus, vel cognatulus.* Si tamen huiuſmodi ſubſtantiuũ finiat cum vocali ſubtili, vt caile latinè *ruſtica imminuitur*, ablata vltima vocali, ſubſtituto ín in loco eius, cailín, latinè *ruſticula*. Aduerte quòd apud Momonienſes hæc minoratio fiat in poliſyllabis, ablatione totius ſyllabæ finalis, & appoſitione particulæ ín loco eius, vt coirmín, latinè *Cormaculus*, à ſcilicet cormac, & ín. Item Diairmín, hoc eſt Diarmitilus ab ín, & Diarmuid, Item ſublatis duabus ſyllabis vltimis hi imminunt quædam, aliàs minoratiua & deſpectiua, quod ſuperfluum dixeris, ſic efferunt

Pai-

Paiſin ab in & Padruicin, quale Padruicin aliàs eſt minoratum ex in & Padruic.

Minoratiua ſecundæ ſpeciei fiunt mutata ſyllaba aibh, vel uibh, vel ibh in ſubſtantiuo datiui pluralis in an vel en, vt tulchan, latinè *monticulus* à tulchaibh, Item trillſen, latinè *facula ab en*, & trillſibh. Item caiſlen, id eſt *caſtellum* ab *in*, & caſlibh, quod eſt datiuus pluralis numeri voculæ caiſiol, latinè *murus*.

Minoratiua demùm tertij generis formantur commutatione vltimæ ſyllabæ in ſubſtãtiuo datiui pluralis in vel og, vel eog, vt dulleog, latinè *folliculus*, à duil-

tullibh, & eog. Item sgalog, id eſt *homunculus*, ab og, & sgalaibh, & ſimilia.

Deriuatiua officium, artem, & ſimilia importãtia fiunt adiectione aidhe, vel uidhe, vel idhe, vel aidh, vel aire, vel oir; vel eoir. Imò ad placendum auri permittitur, vt fiant adiectione ad, vel ead; vt gadaidhe, id eſt *fur*, a gadaibh. snamhaidhe à snamhaibh, latinè *Natationibus*. Item coiſidhe à coſaibh, ideſt *pedeſter à pedibus*, itẽ foghluidh. ideſt *vaſtator*, à foghluibh, hoc eſt *vaſtationibus*, itẽ brughaidhe, id eſt *implens ventrem* à brugh, quod ſignificat *ventrem*. Item sealgaire, latinè *venator* à sealgaibh,

aibh, hoc eſt *venerationibus*. Item clairſeoir à clairſaibh, doirſeoir à doirſibh dromadoir, à dromadhuibh, fighedoir a fighibh, ucaire ab ucadhaibh.

Reſtant deriuatiua abſtracta, vulgò ainmanna abſtraict: deducuntur autem hæc ab adiacentibus, ſeù accidentibus quibuſdam ſubſtantiuis, & vocantur vulgò ainmanna aicidheacha, & finiunt in vel da, vel tu, vel chd, vt bandachd à banda, Item beantachd a bean, & ſunt abſtracta deriuata à concretis, vt beandachd a banda, & fearrdhachd a fearrdha, ſicut *virilitas à virili*.

Viſis nunc formis dictionum reſtat loqui de earum figura, quæ eſt

eſt vniuerſaliſſimum eorũ accidens, vt aiunt, aicio ghenearalta an fhoeail fioghuir.

Figura igitur Hibernis fioghvir, hìc duplex eſt; altera ſimplex, vulgò ſingil; altera complexa, vulgò ovbalta, ſimplex eſt vox, quæ non conſtruitur ex alia vocula ſignificante vel conſignificante quidquam, vt cor, ceann, latinè *pes, caput*. Complexa autem, quæ conſtruitur, vt geallamh, latinè *manus candida*; conſtruitur enim ex geal, quæ ſonat *candida*, & lamh, ideſt *manus*.

Huiuſmodi complexorum, & ſemiſimplicium alia cõſtruuntur ex duabus voculis quarum quælibet ſeorſim ab altera aliquid impor-

importat, vt geallamh de qua iam dixi, geal enim importat candorem, lamh verò manum, quæ ſunt res diuerſæ, adeòque tale complexum vocatur ab Hibernis propriè comhfhocajl. Alia verò non ſic, ſed conſtruitur ex vna ſignificatiua ſeorſim, & aliâ voce non ſignificatiua ſeorſim vt roigheal. Conſtruitur enim ex non ſignificatiua ro Hibernis greim fhocail, latinè *pars vocis compoſitæ;* huiuſmodi autem iure dici poſſunt quaſi ſeù ſemicōplexa, ijſque frequētiſſimè vtuntur Hiberni, vt daòhuine, latinè *bonus homo*. Deighbean, *bona fœmina*. Prima pars huiuſmodi ſemicomplexorū, particula eſt nihil ſignificans ſeorſim, iuncta

autem ſubſtantiuo, aliquod im-
portat peculiare. Ex huiuſmodi
particulis inueni viginti nouem
nempè an, ain, ath, comh, dagh,
deagh, droċ, do. di, eas, eo,
ecc, fel, fo, in, im, mi, nemh,
or, primh, remh, ra, ro, so, sith,
tim, tar, trath, ur, vt in ſe-
quētibus antrath, ainbhfeasach,
aṫgabail, item aimhdheoin, ai-
theitheaḋ, comhthrom, item
comhfocal, daghmhuintir, dei-
ghbean, droċurchar, doitheas-
gasg, domhuintir. Item dom-
huinte, dioċhoisg, dibhfeirge-
ach, easccairdeas, easlainte,
eadaingean, eccraidh, felgh-
niomh, fealduine, foighles, foi-
ghlio-

ghliocas, indheunta, comghra-dhvighthe, iombhvaladh. mi-dhevnamh, michiall, mioch-airdeas, neamhthrocaireach. neimhghlic, oirnaille, oirbhean-nach, frimhchiall, priomhadh-bhar, reamhraidhte, remhfhea-chuin, rachairdeas, rachlisde, soighniomha, sogradhach. sith-chealgach, siothrann, tromch-uairt, tarcaisniughadh, tra-ithchleas, urnisseal, *&c.* Quarum particularum non quæuis cuiuis, ſed quibuſdam præfigi ſolent dictionibus, rariores autem ſunt es, ed, eg, sith, tim, tar, tuath, & ur, vt in urghranna, latinè *valdè deforme:* particula autem in addita voculæ facit vo-

 culam

culam importare participium finiens in *dus*, apud latinos vt *faciendus*, vt *hoc non eſt faciendũ*, hibernicè ni bhfuil ſo indeunta.

CAP. XI.

De Articulis.

ARticulus, vulgò airteagal, vel eartagal focail, ſe ſolo rem non ſignificat, nec conſignificat, ſed iunctus voculæ cũ qua tamen non componitur ex natura ſua: horum alij ſunt qui nominibus maximè ſubſtantiuis adiunguntur. Principalior huius generis eſt an, & ſolet determinare nomen ad particulariùs, determinatiuſquè ſignificãdum, vt tainig an fear, magis quàm ſi di-

ſi diceretur ꞇaınıꝼ ꝼeaꞃ, latinè *venit vir*, quando namque ſic interuenit an, deſignat virum, de quo aliàs fuit ſermo, eo autem non interueniente, tale non ſignificatur. Simili vtuntur Angli articuli nimirùm *the*, imò Itali, vt *le*, vel *lo*, vt cùm dicunt *l'huomo entrò*. Præterea articulus an apud Hibernos comitari poteſt ſuum nomen per omnes caſus, excepto vocatiuo, verùm ante ipſum in datiuis, & ablatiuis præcedere debet præpoſitio ꝺo, vel o, vel alia, & tunc ex vtroque fit, vel ꝺon, vel ꝺan, vel on, vt ꝺan ꝺuıne, latinè *viro*, vel *à viro*. Similiter ꝺon ꝺuıne, item on ꝺuıne.

Articulus o appoſitus pro-

prijs nominibus virorum Princi-pum Hibernenſium facit nomina enunciari in genitiuo caſu, vt o Domhnaill, o Neill, o Briain; ſub caſuatione autem, flexione, vel declinatione variari ſolet in i, ua, vt nominatiuo o Briain, genitiuo i Bhriain, datiuo dua Bhriain, accuſatiuo ar o Mbriain, vocatiuo a i Bhriain, ablatiuo le o Briain, cùm tamen Briain de ſe feratur in nominatiuo, & accuſatiuo, & ablatiuo, & datiuo: Brian verò non niſi in genitiuo, & vocatiuo ſingularis numeri.

Articulus gach, iunctus nomini facit importari numeroſitatem, vulgò iomdhughadh, vt

gach nduine, id eſt *quilibet homo*. Item gach bean, latinè *quavis fœmina*; Si autem efferatur gacha, importat *quotquot*.

Articulus ar in Oratione importat affirmatiuũ tanquã eſſet verbum affirmans, ſicut nj negationem de ſe præſentis temporis, vt ar majth Tadhg, latinè *Thadæus eſt bonus*; ni maith Tadhg, id eſt *Thadæus non eſt bonus*: Verùm ſi poſt nj præcedat budh, ſignificabitur negatio pro futuro, vt ni budh maith Tadhg, latinè *Thadæus non erit bonus*; cuius tamen contradictio ſignificabitur deleto nj, remanente budh, vt budh maith Tadhg: Si autem ſermo ſit de præ-

 terito,

terito, ita vt bonitas de Thadæo negetur, tranſit ni in nir. vt nir mhaith Tadhg, vel ſi ita, vt affirmetur bonitas, ſufficit præmitti budh ante maith, ſi aſpiretur m, vt budh mhaith Tadhg. latinè *Thadæus erat bonus*; ſi enim non aſpiretur m, ſenſus erit *Thadæus erit bonus*. Item ſi præmittatur ni ante budh, ſenſus erit *Thadæus non erit bonus*. Similiter b tranſit in bus, ad affirmandum de futuro, vt in bhus feq, id eſt *melius erit*; ſed nec malè dicitur in eodē ſenſu budh fearr, cuius contradictio eſt ni budh fearr. Sic du budh fearr, de futuro affirmat quòd meliùs foret. Item tranſit ni in nach;

vt

vt cum dico dinim nach fearr, latinè dico *quod non melius*, cuius oppoſitum ſignificatur commutatione prędicti nach in gur. Porrò articulus nach & as, præpoſitus adiectiuo cõparatiuo importato per fearr, ſicuti as & ni opponuntur ſicut affirmatio & negatio, vt is fearr, ni fearr, vel nach fearr. Similiter ni & nach, tranſeunt in articulum nar afficientem tempus præteritum, vt nar fhearr, cui contradicit gurab ſeu gur appoſitione bh ad fearr vt gurab fhearr, vel potiùs gur bhfearr.

Articulus verbalis, vulgò airteagal briathramhuil, vt diſtinguitur ab articulo nominali, dici-

citur ille qui verbo præponitur, vt do, da, ad, a, o, ni, nach, nar, na, nachar, ma, go ag, &c. ex quibus quidam ſunt negatiui, vt dixi de nominalibus iam ſuprà; quidam verò affirmatiui, nam ni, nir, nach, negatiui vocantur, vt ni dhein, latinè *non facit*, nach dhein, nir dheunta, id eſt *non facit, non faciendum erat*; quidam verò affirmatiui, vt do, ad, a, vt do chonnairc. Item ad chonnairc, item a taim, latinè *vidi*, *ſum*.

Alij articuli inſeruiunt aduerbijs, vt go, cùm dico, go maith, go holc, id eſt *benè*, *malè*. Similiter *a*, cùm dico a ne, a niodh, latinè *heri*, *hodie*, item a noir, a

niar;

niaꞃ; illi autem dicuntur temporales; hi verò locales, eò quòd hi locum connotant, iſti verò tẽpus: articuli interrogatiui ſunt, an, naꞃ, nachaꞃ; cuiuſmodi ſunt & alij plures, de quorum quibuſdam eſt ille verſus Hibernicus.

Fiafꞃuighe na bhfocal ccaſ.
coin, caidhe, cꞃeð, iſ chionnaſ.
Cí, cia, no cáit, a bhfvil.
Feaꞃ agvſ a ait aꞃ iaꞃꞃvidh.

Horum nonnulli duplicantur, vt an ba, item ðo ba, vt an ba maith leo, item ðo ba maith leo. Denique de articulis pronominalibus tangemus infrà.

CAP. XII.

De Nomine & Verbo.

NOmen Hibernis ainm, vt apud Latinos, pars eſt orationis ſignificans ſine tempore rem, variabilis numero & caſu: diuiditur autem in ſubſtãtiuum, vulgò ſuſtainteach; & in adiectiuum aidjdeach. Subſtantiuum cum verbo concordans perfectam conflat orationem: & ſubdiuiditur in proprium, ſeù perſonale; vulgò ainm dileaſ; vt Patraigc, latinè *Patritius*, & in commune multis, vt duine, latinè *homo*. Adiectiuum, quodcumque illud ſit, non niſi coniunctum implicitè, vel explicitè cum ſubſtantiuo accedente ver-

verbo perfectam conſtituit orationem ; vt autem concordet adiectiuum cum ſubſtantiuo debent eſſe eiuſdem generis, numeri, & caſus.

Genus nominum Hibernis eſt duplex, ſcilicet maſculinum, vulgò ꝼeaꞃꞅınſgıne, & fœmininum, vulgò beanınſgıne. Omnia propria virorũ nomina, maſculini ſunt generis, immò & communia, præſertim non deriuatiua, ſaltem niſi adſit exceptio, vt Cathaoıꞃ, ꝼeaꞃ, laoch, claıꞃſeoıꞃ, latinè *Carolus, vir, pugil, Liriſta*; propria autem nomina fœminarum, immò principalia, præſertim communia, eiuſdem erunt generis, vt moꞃ, Caıꞇ, ſiuꞃ, bean, latinè *mora, Caterina, conſanguinea, mulier*. Verùm, vt

vt quibuſdam placet, caile, & diminutiuum cailin, latinè *ruſtica*, *ruſticula*, apud Hibernos maſculini erunt generis. Huius præterea generis erit bainliagh, latinè *medica*, eò quòd liagh, ſeù poſtrema vocula iſtius complexi ſit maſculini generis. Verũ ſi dixeris liaighbhean, latinè *medica*, erit fœminini generis, cuiuſmodi eſt bean, latinè *mulier*, importata per poſtremam ſyllabam præfati complexi.

Nomina propria Regnorum, Prouinciarum Regionum, Fluuiorum (excipe forghus in Hibernia fluuium; itẽ ſruibhbrudhe; latinè *torrens flauus*, item ſrut-thdearg, & alijs paucis) erunt fœminini generis. Item deriuati-

ua diminuentia,quæ deſinunt in an, vel in, vt cnocan, tulchan, trillsen, latinè *monticulus, facula,&c.* deducta à cnoc, tulach, trillis, latinè ſonantibus *montem, facem*. Item deriuatiua deſinentia in aidhe, vel aidh, vel aire, vel oir, eoir, vel ach, vel each,ordinariè erunt maſculini generis. Quænam autem *ſint* hæc nomina ſuprà diximus.

Adiectiua,ſeù potiùs accidentia abſtracta non vltimata, vt gile,deirge, duibhe, latinè *albedo,rubedo,nigredo,* fęminini erunt generis: excipe deſinentia in as, vel eas, vt sonas, donas, & ſimilia. Deſpectiua finientia in og, vel sgalog, de quo ſuprà, soileog, latinè *ſalix*, & ſimilia foemi-

fœminini ſunt generis. Adiectiua autem concreta nullatenus abſtracta à ſubiectis, vt geal, maith, & ſimilia de ſe vtriuſque ſunt generis, iuxta exigentiam ſubſtantiui. Reliqua nomina ſolo vſu, & praxi, & lectione, & auctoritate dignoſci poſſunt cuius ſunt generis.

Tu autem rudi ductus Mineruа, ſcies cuius generis erit nomen obſeruando articulum an, item *e*, & *i*, ſignificantes *ipſum*, & *ipſam*: Articulus enim an, modò præponatur ſubſtantiuo nominatiui caſus, & nomen illud incipiat à conſonanti aſpirabili, tunc aſpiratur conſonans, ſeù mortificatur per litteram *h*, dummodò nomen ſit fœminini generis: dummodò verò fuerit maſcu-

maſculini generis, nequaquam. Dignoſcitur igitur quòd fhear, latinè *vir*, ſit maſculini generis; bean verò fœminini generis, quia nõ dicitur an fhear, ſed an fear, nec dicitur an bean, ſed an bhean, & ſic de alijs. Aduerte ſi nomen fuerit fœminini generis, inceperitque cum *ſ*, vt ſuil, latinè *oculus*, quòd præmiſſus articulus an ante ipſum requirit, non vt aſpiretur *ſ*, ſed vt penitùs mergatur, ſeù elidatur, non in ſcriptura, ſed in ſono, appoſitione literę *t* ante *ſ*, vt an tſuil, an tſron, & ſimilia.

Adhuc ſubtiliùs, & breuiùs obſerua, quòd articulus an poſitus cum ſubſtantiuo incipiente à conſona, ſi tranſit in na cum ſubſtan-

ſubſtantiuo in genitiuo, illicò inferre debes, quòd ſubſtantiuū ſit fœminini generis, ſi autem non tranſit, ſed maneat an in genitiuo, tunc ſubſtantiuum omninò erit maſculini generis. *Sit* exemplum an ḟeaṗ, latinè *vir*; in genitiuo aṗ ḟhiṗ, latinè *viri*; ſimiliter an bhean, *fœmina*, in genitiuo na mna, latinè *fœminæ*. Vndè ſcio iuxtà datam regulam, quòd ḟeaṗ ſit maſculini generis: inde flectendo ceann, coſ, lamh, ſtatim mediante an, & na, ediſces cuius ſint generis.

Adhuc aduerte de articulo an ſubſtãtiuis præpoſito, ſi ſubſtantiuum incipiat à litera, ſeù conſona aſpirabili, quòd aſpirabitur illa litera in genitiuo caſu,

modò nomen ſit maſculini generis; ſi autem fuerit fœminini generis, nequaquam. Item, ſiuè nomen ſit maſculini generis, ſiuè fœminini, modò incipiat à vocali, ſemper in genitiuo caſu an tranſit in na, & ordinariè requirit, vt aſpiratiua *h* præcedat initiatiuam nominis vocalem, vt genitiuo na hajlne, latinè *formoſitatis*; hoc autem intellige de fœmininis, vt na heirionn, na hingne, na holna, na hvire, nam ſi incipientia à vocalibus fuerint maſculini generis, tunc cum ipſis in genitiuo ſine aduentitio aſpiratiuæ manet immutabiliter an; tametſi ſoleat cõmuniter conſona *t* præponi initiatiuæ nominis vocali in nominatiuo caſu, vt an targ, an teaġ,

Obſeruandis autem ſemper, & vbique, niſi ſit abuſus, vſus, maximè autem authoritas, vt diſcernantur nominum genera, vt ſuprà duo tantùm; plura enim non admittuntur, eò quòd neutrum coincidat cum maſculino; tametſi adiectiua indifferenter ſint vtriuſque generis: determinanda tamen à ſubſtantiuis vt ſumantur in maſculino genere, potiùs quàm fœminino.

Verùm obſerua de adiectiuis ſequẽtibus ad ſubſtantiuũ, ſi ſubſtantiuũ fuerit maſculini generis, quòd adiectiuum incipiens à cõſona aſpirabili nunquã aſpirabitur; aſpirabitur autem ſi ſubſtantiuum fuerit fœminini generis. Sic benè ſcribitur & effertur bean mhaith, latinè *mulier bona*; malè autem bean maith, ſimi-

ſimiliter benè ſonat fear majth, hoc eſt *vir bonus*; malè autem fear mhaith.

Nomina perfectè complexa iſtius ſunt generis, cuius eſt vltima dictio ſubſtantiua ex qua cōſtantur, adeòque quia liagh, latinis *Medicus*, & riogh, latinè *Rex*, ſunt maſculini generis; proindè huius generis erunt bainliagh, bainreogh: & ſimiliter fœminini generis erunt liaighbean righbean, fearchu, latinis *medica*, *Regina*, *Moloſſus*.

Caſus tot habent Hiberni, quot Latini, nominatiuum, genitiuum, datiuum, accuſatiuum, vocatiuum, ablatiuum, numero ſex, vulgò an cas ainmnightheach, gineamonach, tabhtharthach,

ꝛhach, ȝ₁onanach, ȝanmach, 7 ꝺıobhalach. In declinationibus autem nominis per caſus paucæ fiunt mutationes, & non niſi in Nominatiuis, Genitiuis, & Datiuis, ad plurimũ ordinariè. Declinantes autẽ nomen, Hiberni præmittunt aliquem articulũ nomini præſertim extrà nominatiuum, vt nom. coſ, latinè *pes*, genit. meuꝺ na coıſſ, latinè *magnitudo pedis*, dat. ꝺon choıſ, *pedi*, acc. an coſ, vel coſ, *pedem*, vocat. a choſ, latinè *ò pes*, ablat. gan coıſ, latinè *ſine pede*. Vbi vides, inter nomin. & accuſ. & vocat. non eſſe differentiam in fœmininis, nec inter abl. & dat. genitiuũ verò aliqualiter differre à reliquis, nec extant regulæ, ſed

ſed vſus & auctoritas pro huiuſmodi declinationibus. Multa præterea reperiūtur nomina per caſus maximè ſingulares, minimè variabilia, vt duine, uiſge, & ſimilia, quæ non variantur in ſingulari alia reperiuntur, quæ variantur tantùm in genitiuo, vt fear, genitiuo an fhir, latinè *vir, viri.*

Cor, autem pluraliter ſic declinatur. Nom. cora. genit. na ccor. dat. coraibh. accuſ. cora, voc. cora· ablat. coraibh; & ſic de alijs obſeruato vſu & auctoritate, vbi obſerua datiu. & ablat. pluralem ſemper debere finire mediante prępoſitione aliqua in ibh, vt coruibh, do ċoraibh, ar, fo, fa, o, tre, &c. choraibh.

Ita-

Itaque Hiberni declinantes breuitatis cauſa, declinant per tres, nempè nomin. genit. dat. cæteri enim caſus omnes coincidunt finaliter cũ altero horum in alterutro numerorum, niſi nomen aliquod fuerit valdè heteroclitum, & ob auctoritatem aliqualem patiatur exceptionem. Literæ autem initiales propriæ nominum nunquam omittuntur, tametſi caſu aſpirentur, vel duplicentur, vel afficiantur noua aliqua conſonante, exigente id congruitate ſermonis: numerus Hibernis uimhir, ſicut apud Latinos duplex eſt, nempè ſingularis, vulgò uatha, & pluralis, vulgò iolraidh. Verùm ex ijs, quæ obſeruaui, auſim dicere, tres numerari poſſe numeros apud Hi-

bernos; ſingularem nempè, qui vnum importat, pluralem, qui duo, & pluſquam pluralem, id eſt, qui pluſquam duo: dicunt enim in ſingulari capoll, coſ, ceann, latinè *caballus, pes, caput.* In plurali verò ꝺha chapoll, ꝺa choiſ, ꝺa cheann, latinè *duo caballi, duo pedes, duo capita*; tametſi nomina ſint in ſingulari numero præter numeralia, quæ ſunt pluralis numeri: pluſquàm pluralis, tri capuil, tri coſa, tri cinn, in quibus tùm numeralia, tùm ſubſtantiua important pluſquam duo. Hæc autem ſint obiter dicta reſpectiuè tantùm ad nomina,

Quantum attinet ad verborum coniugationes, modos, & tempora, noueris Hibernos non ſe-

ſequi Latinos, tametſi ſuos habeant modos, tempora, perſonas; & numeros, quæ denotantur per articulos, pronomina, & ſimilia eis præpoſita, vel poſita, vel iunctim aliquando cum, aliquando ſine aduerbijs.

Pronomen mo, aliquando *me*, aliquando *meum* ſignificans, quando debet præponi immediatè, vel verbo, vel nomini incipienti à vocali quacumque, vel conſona *f*, tunc *o*, tùm in ſono, tùm in ſcriptura debet prætermitti, & litera *m* immediatè iungi prędicti vocali, vel conſonæ *f*; vt mionnlad, latinè *me lauari*, mḟothragadh, quod idem eſt. mucht, latinè *meum pectus*.

Similiter dico de præpoſitione do, præmiſſa nomini inci-

piente à vel vocali, vel *ſ*; præter-
miſſa enim *o*, conſona *d* additur
immediatè tali vocali, vel literæ
ſ; & facit nomen eſſe datiui ca-
ſus, vel ablatiui; vt cùm dico,
da mulierem Guillelmo, vulgò
tabhair bean dUilliam. Verùm
hoc non fit quando do præpo-
nitur verbo, niſi verbum ſit infi-
nitiui modi, vt do beanadh a
bhean dUilliam, latinè *accepta eſt
ſua mulier à Guillelmo*; benè ta-
men ſcripſeris dixeriſque, ní hail
leam ſin, dfiafraidhe, no dei-
ſtecht, latinè *nolo id inquirere*, vel
audire, malè autem ibi diceretur,
vel ſcriberetur do fiafraidhe,
vel do eiſteacht, quia verbum
eſt infinitiui modi.

Verborum alia variãtur valdè
apud

apudHibernos, velut heteroclita, & diuerſimodè, ita vt vniuerſalis regula pro ijs nequit dari, adeòque inſiſtendum ſit Auctoribus vbique probatis. Alia autem in ſuis manentia formis, aliquando perſonaliter, aliquando temporaliter, interdū modaliter, nonnunquam numeraliter mutantur, aliqualibus circa vltimas, vel penultimas ſyllabas factis variatiunculis, vt *ſcribo*, *ſcribis*, *ſcripſi*, *&c.* vulgò in ſingulari ſgriobhuim, ſgriobhair, ſgriobhaidh, in plurali ſgriobhamaoid, ſgriobhaoidheſi, ſgriobhaidſion, hoc eſt, in præſenti indicatiui; in præterito autem ſic do ſgriobhas, do ſgriobhais, do ſgriobh; in plurali autem do ſgriobhamair, do ſgriobhamhair

do ſgriobhadair; in futuro autem ſic ſgribheoghad, ſgribheodhair, ſgribheoghaidh; in plurali ſgribheoghaimne, ſgribheoghaidhſibh, ſgribheoghaid; in imperatiuo ſingulari ſgribh, ſgribheadh; in plurali ſgribhmid, ſgribhidhe, ſgribheadh, cui verbo in alijs modis præmittuntur ſui articuli, coniunctiones & aduerbia cum dictis finitionibus ſeruato cõmuni loquendi modo.

Heteroclita ſunt multa, vt a taim, deirim, do radh, docimh, vbi & vſus maximè; & authoritas obſeruanda. Pronomina, *ego*, *tu*, *ille*, ſic flectuntur, *ego*, vulgò miſe vel me, genitiuo mo, datiuo, dhamh, accuſat. me,

vel

vel mire, ſine vocatiuo, niſi licentialiter, abl. vaim, vel leam, & ſimilia. In plurali nom. ſinn, vel ſinne, vel inn, vel inne, latinè *nos*, genit. ne, quod iungitur alicui nomini, datiu. innibh, vt dvinnibh à do, & innibh, accuſatiuus habet quod nomin. voc. deeſt, abl. vainnibh, vel linnibh, ſimiliter de nominat. tv, genit. do, dat. dhvit, accuſ. thu, voc. caret, ablat. vait. In plurali nomin. ſibh, genit. bhar, datiu. dhibh, accuſ ſibh, vocat. ibhre, abl. vaibh Similiter *ille*, nom. e, genit. a datiu. dho, accuſ. facit quod nomin. vocat. caret. ablat. vaidh, vel vaidhe. In plurali nom. iad, gen. a datiu. dhoibh, accu-

accuſatiuus habet quod nominatiuus, ablatiuus ꞃaċha.

Participia in *ans*, vel *ens*, ſignificant ag, præmiſſum verbo vt ag ꞃaḋh, latinè *dicens*. Item ag ṫeagaſg, latinè *docens*; & ſic de reliquis. Participium in *us*, vt *lectus eſt*, Hibernicè ḋo leughaḋh é. Participium in *rus*, vt *iturus*, Hibernicè aꞃ ṫhi ḋul, Item gerundina in *dus*, vel *da*, vel *dum*, vt *faciendum* Hibernicè inḋeunta, & hæc de his pro nunc.

CAP. XIII.

De contracto ſcribendi modo.

Contracta ſcribendi methodus, ſeù abbreuiationes apud

apud omnes inolcuit ante prœli vſum, immò & poſt manet apud multos, maximè autem apud Hibernos, nedum in manuſcriptis, ſed etiam in prælo, & libris typo datis: inde autem oritur magna ex parte difficultas, & tarditas legendi expeditè hoc idioma. Equidèm, ſi à me res dependeret, pro faciliori captu, & modo legendi add ſcendique hanc linguam, hunc prorsùs abolerem è medio vſum; ſpecialiter in prælo, ſicut aliæ nationes iam cœperunt facere reſpectiuè ad ſuas linguas, eo tantum relicto manuſcriptis ad celerius ſcribendum, immò Latinis planè vterer characteribus vtpotè facilioribus, magiſq; obuijs vbique, & ad parcendũ expẽſis, relictis Hibernicis, antiquitatis gratia pro ſo-

lis manuſcriptis ad optionem ſcribentis. Ad quid enim obſcuritas? Numquid non omne bonum eſt communicatiuum ſui?

Nihilominus ne deſim, aduerto apud Hibernos conſonam n, poſitam deſuper quamcumque conſonam, tantum importare, quod ɼa poſitæ poſt talem con-
n
ſonam. Vt ᵹoḃ, latinè *amor*, ſignificat ᵹɼaḋ, & ſic de alijs. Similiter quæcumque vocalis ſuperpoſita conſonæ valet tantum quantũ eadem cõſonans cum ɼ,
a e i o u
& tali vocali, vt ᵹ, ᵹ, ᵹ, ᵹ, ᵹ denotant namque, ᵹɼa, ᵹɼe, ᵹɼi, ᵹɼo, ᵹɼu, vel ᵹuɼ. Similiter hæc figura ‚ʾ, ſi ſuperponatur conſonæ cuicumque, impor-

tabit

tabit tantum, quantum ipſa cõ-
ſona cum ean, vt ṕ, quod impor-
tat pean. Item g̓, quod gean.
Si autem duplicetur illa figura
ſupra conſonam vt g̋, tantùm
ſuperaddi litteram n, poſt ean
in eadem ſyllaba, ita vt efferatur
geann. Porrò g cum linea longa
deſuper, vt ḡ importat gan; ſi
verò litera c ſuperponatur con-
ſonæ cum aſpiratione, vel ſine
aſpiratione, importat quod ea-
dem conſona cum a & c, vel ch
præſtat. Porrò conſona b, facta
linea ab eius pede, vt b‒ impor-
tat indifferenter ban, bal, vel
bon; item gc importat gonc;

itẽ b- ſignificat bruth, vel buadh, vel badh, vel beadh, vel beath, vel beith indifferenter. Item q, importat ar ſimiliter ꝗ ſignificat air. Item 7, ſignificat aliquando quod agus, latinè &. Aliquando eadh, vt c7, denotat cead. Verùm 7 ſignificat eadh. Item $\overset{f}{g}$ ſignificat fairge. Item $\overset{m}{m}$ ſignificat indifferẽter muin an mhuin, vel imirim. ꝯ ſignificat con, 7ꝛ denotat, &c. Item $\overset{e}{o}$, importat eirionn. Item $\overset{o}{u}$, denotat iomorro; item l= ſignificat lann, & ſimilia ſcienda potiùs quàm imitanda.

Præ-

Præter obſcurum loquendi modum,vulgò ogham, Antiquarijs Hiberniæ ſatis notum, quo nimirùm loquebantur ſyllabizando voculas appellationibus litterarum, dipthongorum, & tripthongorum ipſis dumtaxat notis. Alia adhuc vtebantur methodo in ſcribēdo præter abbreuiationes, quam inſuper vocabant ogham, peritioribus tantummodo familiare, & eſt triplex, nempè ogham beıṫh, ogham coll, & ogham cṗaobh, inque hoc cōſiſtit primum,quòd vtebantur bh pro a ol pro o. Similiter ṗc pro u, & ſc pro e. ng pro ı, iuxtà carmen.

Beıṫ agus vaṫ aılm deuna.

Dujṗ lvıſ onn gan ajṫmeula.

Fhriun tine for ur amra.
Suil coll ḟoha ḟiorċalma.
Niato l. derna. don. ioḋa .
Is cuir iad an einionaḋ .

Quod vt intelligas, recordare nominum litterarum apud Hibernos allatorum Cap. I. Sit exemplum bng rol ngghscbhn bhg ftrmhdlr scngrngdlnnbċ bhr chrbbhabbhdh, hoc eſt, bi roighean ag urmhor eirionnach ar chrabhadh; latinè *Hiberni magna ex parte ſummè colunt religionem*.

Secundum conſiſtit in quadam commutatione vocalium pro conſona c; vnde carmen.

Cheitre coill ⁊ ḟoa ain.
Chuig coill ⁊ ioḋa iomlain.

Eun-

Eunċoll ⁊ ailm ndaṫa ndonn .
Iſ ḋaċoll ⁊ ċaoṁonn .
For ur orḋa mbinn mblſḋa .
Tri coill croḋa caoṁġarḋa.

Hoc eſt: Loco a, ſcribes vnicum c,& è cōtra loco c pones a, vbicūque fuerint; loco autem e ſubſtitues quatuor in ordine c, loco quinque c; loco autem o duo c; loco denique u tria c. Sit exemplū crann,crion, ceanc, dhonn, ur, quæ verba ſic ſcribes arcnn arcccccccn acccccra dhccnn, cccr, & ſic de alijs.

Tertiū, vulgò ogham craobh reliquis eſt longè difficilius, tùm ſcriptu, tùm lectu; cōſiſtit autem in quibuſdam lineis, & ſignis, partim homogeneis, partim heterogeneis,

geneis, eorũque poſitione, & ſitu reſpectiuè ad vnam lineam principalem, infrà quã partim, partim ſupra quam, partim verò trans quam, factis ſeù tractis. Linea autem illa principalis tantùm deſeruit pro regula, & non pro litera. Pars autem eius ſuprà vocatur ſiniſtra, & pars infrà vocatur dextra præfatæ lineæ, circa quam, ſupra quam, ſub qua & trans quam formãtur prędicta ſigna deſeruientia loco conſonarum, & vocalium dipthongorum, & tripthongorum. Hinc autem vt benè calleas artem, neceſſum eſt memoriæ mandes ſubſequẽtia carmina benè intellecta, quibus dirigaris ad perfectè ſcribendum, & legendum antiquam hanc methodum. Carmina autem ſunt ſequentia,

beith

Beiṫ na haonar dom leiṫ deiſ .
Aguſ luiſ diſ gan eiſ leiſ .
Fearn truir. ſuil cleireaċ iſ ſó .
Aguſ nion ina cuigſir.
Uaṫ na haonar dom leiṫ clí .
Aguſ duir dis gan neimṫnir .
Tine truir, ceaṫrar do ċoll .
Ceirt na cuigſir ni ċealom .
Muin fiarṫarſna mor an moḋ.
Diſ don ġort truir don ngiatol .
Straif na cleireaċ gan cor de .
Ruiſ na cuigſir coiṁide .
Ailm na haonar tarſna i nuaſ .
Aguſ Onn dis go nolġenuaſ .
Ur truir , Eaḋa cleireaċ cain .
Iſ Ioḋa cuigear dfġhain .

Eaḋa

Eaḋa na croiſ im an ccraoiḃ.
Oir na buaile ḃuig ḃlaṫċaoin.
Uilleann na lvib doṫ laiṁ ḋeiſ.
Na dbċ do mheanma taireiſ.
Ceiṫre fleſga an iſin ard.
Da leiṫ deiſ ḃſnaſ gaċ bqd.
A hoċt aṁqċoll malle.
Do lſṫ taoibh na craoiḃe.

Latinè autem ſic:

B *Semel à dextris*; L *bis ponatur ibidem*;
F *Ter*; S*que quater*; N *tibi quinque notent.*
H *Semel*, & D *bis*, *tria ſitque* I *parte ſiniſtra*.
C *Quatuor*, *ſed* Q *quinque memento notis*.
M *Semel & tortè tranſuerſa eſt*, G *bis*, & *eſt ter*.

NG, Y

NG *Y quatuor* R *quoque quinque ſonent.*

Per virgam rectam ſemel A *ſcribetur, &* O *bis.*

V *Ter & E quatuor, quinque ſit* I *per eam.*

Ex E *dipthongo vel tripthongo ſuper ipſam*

X *Sit, at ex* O *ſit circulus in medio.*

Ex A *conſurgat à dextris fuſtibus octo*


Quatuor ex I *ſic principiante legas.*

Ex V *quæ ſiunt deſignat parte ſiniſtra.*

Vncinus; & pro P *linea parua iacet.*

Pro Z *in medio voluatur cauda Draconis.*

Sit Exemplum.



Vbi animaduerte præter lineam, quæ omnium eſt longiſſima & regula, reliquas lineolas ſiuè rectas poſitas infra, vel ſupra ipſam, vel trans ipſam rectè ductas, vel tortè, aut curuè ductas, reliquaſque notulas importare literas alphabeticas. Ex notulis autẽ vna eſt X quæ indifferenter importat quamcumque biuocalem, ſeù dipthongum incipientem ab litera *E*. Circulus autem qui inſtar O depingitur ſu-

ſupra lineam regulātem impor-
tat biuocalem oj. Fuſtes autem
quatuor recti, & tranſuerſi qua-
tuor tranſeuntes per priores im-
portant indifferenter quamcun-
que biuocalem & dipthongum,
& tripthongū incipientem ab *A*;
collocātur autem à ſiniſtra par-
te lineæ, ſeù ſupra lineam. Qua-
tuor præterea fuſtes, ſeù lineæ
ductæ inſtar fuſtium, quarum
duæ ducantur rectè, duæ verò
aliæ tranſuerſæ per ipſas;ponun-
turque ſub,ſeù infra lineam, im-
portant indifferēter quamcum-
que biuocalem, vel triuocalem
incipientem ab *I*. Notula quæ
repræſentat vncinum importat
quamcumque ſimiliter biuoca-
lem,vel triuocalem incipientem
ab *V*. Porrò lineola paruula
ducta ſub regula inſtar paralel-
læ

læ ſignificat *P*, & notula repræſentãs inuolutam Draconis caudam deſignat *Z*. Denique vt expeditè hæc omnia & ſuperiora deſcribas & legas, oportet vel præ oculis, vel mente firmiter ſuperiora omnia retineas carmina.

Cæterùm quæ hic deſunt, vel deeſſe videantur, tangemus infrà, tractando de Proſodia.

CAP. XIV.

De Proſodia, & Carminum generibus.

HVcuſque Grammaticum vtcumque egimus: Literas, Syllabas, Orthographiam, Pronunciationem, Declinationes, Coniugationeſque inſinuauimus

uimus, necnon & Orationis partes. *Animus* erat Rhetoricam præmittere Poëſi. Poëta enim Laurea dignus, ex proſâ ſeù ſoluta Oratione ligatam faciens, ſuos eleganter cōcinnat verſus, & vix aliter: Verùm non dabatur tempus, alio quippè & alio diſtrahebar, corpore infirmus properante ad occaſum. Solam igitur dabo Proſodiam veterum regulis, & obſeruationibus refertam.

Proſodiam hic vſurpo pro Methodo quadam, ſeù Arte conſtruendi Carmina. Carmen autem Oratio eſt, ſtrictiori pedum, ſeù ſyllabarum lege ritè coërcita; ornatiſſimum dicendi genus. Carmen apud Hibernos eſt triplex, ſcilicet metrum, vulgò dan direach, & bruilingeacht,

&

& oglachaſ, de quibus infrà. Maximè autem de Metro; omnium quæ vnquam vidi, vel audiui auſim dicere, quæ ſub Sole reperiuntur, difficillimo; quo nimirùm benè ſemel cognito, nulla in reliquis cognoſcendis ſupererit difficultas.

Carmen hoc vt euadat metrum, Hibernis dan direach, vel rann dirreach ſeptem neceſſariò expoſtulat, certum ſcilicet ſyllabarum numerum, quartorum numerum, concordiam, correſpondentiam, extrema, ſeù terminos, vnionem, & caput; quæ vulgò dicuntur nuimhir cheathromhan, cinteacht ſhiolladh in gach ceathromain, uaim, comhardadh, rīn, agus airdrīn

uaitne, agus ceann. His octa-
uum addi poſſit, non quòd ſem-
per ſit neceſſarium, ſed, quòd
frequenter admittatur, vulgò
urlann, de quo ſuo dicemus loco.

Genera metrorum præcipua (vt omittam minus principalia, vulgò comairde, ſeù roairde, quæ varia ſunt) & principaliora, ac nunc magis in vſu, apud Hibernos ſunt quinque, vocanturque debhidhe, ſeadna, rannuigheacht bheag, rannuigheacht mhor, & casbhairn.

Aduerte autem ex neceſſarijs ſeptem ſupra numeratis, quatuor priora ſcilicet numerum quartorum, numerum ſyllabarum, concordiam, & correſpondentiam, hoc eſt nuimhir cheathro-

mhar nuimhir shiolladh in gach ceathromhain, uaim is comhardadh, requiri indiſpenſabiliter ad quodcumque metrum, cuiuſcunque fuerit generis: Verùm non ſic de tribus vltimis neceſſarijs ibidem numeratis: quia requiruntur neceſſariò non ad omne genus, ſed ad quædam genera. Sic maius, & minus extremũ requiruntur ad genus, vulgò deibhidhe præcisè, & indiſpenſabiliter; Vnio verò non niſi ad rannuigheacht mhor. & casbhairn; ceann autem ad rannuigheacht bheag, & seadna solummodò.

CAP.

CAP. XV.

De quartis, & ſyllabis.

METrum cōpletè ſumptum, vulgò ꝛann, ſeù ꝛann iomlán, conſtruitur ex duobus ſemimetris. Quartum vocatur in metro ſermo conſtans pluribus dictionibus coadunatis conſtantibus determinatum ſyllabarum numerū. Appellatur quartum, quia eſt quarta pars metri completi, tametſi ſit vnica pars ex duabus quibus conflatur ſemimetrum. Poëma vulgò ꝺan, multis cōſtat metris, & tot quot voluerit Author; alijs ꝺꝛain. Quando ex duobus ſemimetris, vulgò leathꝛann, integratur metrum, primum ſemimetrum Hi-

bernis nuncupatur ſeolaoh; ſecundum verò comhao. Quodlibet metrorum apud Hibernos in poëmate debet ſecundũ ſe perfectum claudere ſenſum, & orationem ſine dependẽtia ab altero: Imò primùm ſemimetrum independenter à ſecundo perfectum generat ſenſum: nihilominus quando ex duobus, vt ſuprà, conflatur metrum, ſeſe inuicem reſpiciunt, & eorum ſenſus mutuò referuntur ad idem propoſitum. In componendis autẽ metris benè incipitur primò à ſecundo ſemimetro, vulgò comhao; vt cum pleno ſenſu, & neruo grauiùs, & gratioſiùs fieri poſſit primum ſemimetrũ, eique quadrare; longè quippè difficiliùs fit comhao, quàm ſeo-

laoh

ladh, vt patebit infrà.

Numerus ſyllabarum, vulgò ċomhar, vel cinteacht ſhiol-ladh eſt quodlibet metri quartum conſtare ſeptem ſyllabis, non pluribus, ſine eo quòd aliqua elidatur, neque paucioribus, vt iomdha ſgeul maith ar Mhuire. Excipe tamen metrum generis nuncupati ſeadna; in cuius primi, & ſecundi ſemimetri quarto requiruntur octo ſyllabæ, vt mairg ſheuchar ar inis cheitlionn. Dixi, ſine eo quòd aliqua elidatur, ſeù mergatur, vt dictum eſt de merſione, vulgò bathadh: quoties enim ex duabus ſyllabis pronunciari debet, & fieri vnica, vt interueniat hæc eliſio, requiritur quòd aliqua

vocula finiat in vocalem, vulgò comhardaigh. Debet inſuper interuenire aduerbium, vulgò iarmbérla, incipiens cum vocali, & ſequens immediatè ad præfatam voculam, vt finalis voculæ vocalis, & initiatiua aduerbij inuicem elidant, ita vt vnica efferatur ſyllaba ordinariè breuis, vt anaidh re rogha a Ri nimhaimh; etenim a in rogha per a ſubſequens aduerbiale eliditur. Item, an tagha geamh ar i ar feamh. vbi in ſcanſione ex a breui in rogha, & a aduerbiali ſequenti fit vna ſyllaba. Item ex i & a in ar vnica fit ſyllaba. Verùm quãdo finalis vocalis voculæ, vt dixi, correſponſalis eſt breuis, initiatiua verò ſubſequentis

tis aduerbij eſt longa, tunc poteſt ibi indifferenter fieri, vel non fieri merſio iuxtà exigentiam quarti, vt videre eſt in fuaras bogha o bhrian bhuiḋe; vbi ad ſeruandas ſeptem dumtaxat ſyllabas illæſas integrè, ex a breui in bogha, & o ſubſequenti nulla fit eliſio; omittitur autem eliſio ne deſit ſyllaba, aliàs tamen meliùs elideretur, tametſi excuſetur eliſio aliter facienda, vt dixi, certâ quâdam licentiâ. Dixi meliùs, quia altera vocalium eſt breuis, altera longa; vnde cum vtraque quandoque eſt breuis nulla fit eliſio, vt patet reſpectiuè ad a in fa, & i in iargno, vt hic a raim fa iargno on eachṫ.

CAP. XVI.

De Concordia.

CONcordia, vulgò uaim, duas expoſtulat voculas, quarum neutra ſit aduerbium, vulgò iarmbeurla, in omni quarto huiuſmodi metri, vulgò rann dí-reach, quæ voculæ debeant indiſpenſabiliter incipere, vel ab aliqua vocali hinc inde eiuſdem vel diuerſæ ſpeciei, vel ab eadem omninò cōſona, vt

Iomdha sgeul maith, ar mhuirne.
Fa moltar a miorbhuile.
Do gheibh ar an oig ndiodhuin.
sgél ar cóir do chreidiomain.

In primo enim quarto cōcordāt maith, & mhuirne, vtpotè inci-

pientia

An corp. an tanam, an sprit.
Ar ndul daṁ i ccrie mur ċaċ.
Omaḋ ata braiṫ an triair.
Sar deimin go mbiad go
bráth.

Ni ṫiobraḋ aoinneaċ don triur
Don dis oile gioḋ iul claon.
An ċuid do roiṫfeaḋ na ġeig
Dhoiḃ ⁊ a ccuid fein ⁊ aon.

An diabal as dorḋa dail,
An fer leis naċ ail aċt olc.
Ar an anam soilbir seiṁ.
Ni ġerba re an spreiḋ sa corp

Na

Na cnuṁa gioḋ aṁgar ſuḋ.
Ga gcurṫar mo ċul i gcre.
'Dob ḟḟir liu aca mo 'ċorp.
No ṁanam boċt iſ mo ſpre.
'Do bḟearr le mo ċloinn mo ſpreiḋh.
'Do beiṫ aca ḟein a noċḋ.
'Dhaṁſa gioḋ ḟaguſ a ngaol.
No ṁanam ⁊ aon ſmo ċorp.
A ċrioſt do ċroċa la crann,
ſdo gonaḋ le dall gan ſul.
O taiḋ ag braiṫ ar mo ḟlaḋ.
Iſ truag gan gaḋ ⁊ an triur.

Eodem prorsùs modo fit oglachaſ ad imitationem Metri parui, præterquam quòd dictiones finales debent eſſe biſſyllabæ, vt ſic:

Ar do ċlairſiġ go nduine .
Ni ḟr mo ṡuile acc truite .
Ionann leam is a claiſoin .
Do lama dfaicſin duine .

Omne oglachas, cuius primũ quartum ſit inſtar casbhairn, & ſecundũ inſtar Metri parui, non requirit niſi vt voculæ triſſyllabæ primi & tertij quarti finales habeant inter ſe cõuenientiam, vulgò amus: Item vt dictiones finales primi & ſecundi ſemimetri talem adhuc habeant cõuenientiam inter ſe, vt videre eſt in ſequenti:

Slan daim don da aoidhe .
Ga bfuil an eaim na dtorac .
Duamen ſin na ſaobhṫuicſi .
Ar bhiu ni as ſia da nodaḋ .

CAP. XXII.

De Carmine, vulgò ꝺꞃoıᵹneċ.

HOc genus Carminis, vulgò ꝺꞃoıᵹhneach, latinè *ſpinoſum*, admittit ad libitũ Authoris in omni ſuo quarto indifferenter, vel nouem ſyllabas, vel plures ad tredecim. Singula autem quartorum debent finire cum vocula triſſyllaba. Finalis prætereà vocula primi quarti debet habere comhaꞃꝺa, de quo ſuprà, cùm alia vocula in initio, vel medio ſequentis quarti, cuiuſcunque ſit ſemimetri. Item ꞃaıꞇhne ſuo modo ſub fine ſecundi quarti; reliqua autẽ verba debent inter ſe habere comhaꞃꝺa, de quo ſuprà, & conuenire

hinc

hincinde vtrobique. Denique dictiones finales vtriuſque ſemimetri debent correſpondere, vt in ſequenti:

Do ġeib rom ġan folta ġan
imreaſain.
Aſn ſloġ re finnleaſaib cor-
cra in chuirrmliſin.
Ibr diol tine don vallċaċ
Eamhnaſoin.
Dealblaſġ trvadhċlaċ bleidhe
na bruiġneſin.

Nolo omittere aliud Carminis genus, vulgò cairbhairn cheanntrom, nimirùm ex grauitate, ſeù magnitudine Capitis ita dictum: fit autem eodem prorsùs modo, quo ipſum cairbhairn, de quo ſuprà, præterquam quòd ſingula ipſius quarta deſinant in dictio-

dictionem quatuor ſyllabarum, & quodlibet octo conſtet ſyllabis, vt videre eſt in ſequenti :

Mac seud q sliocht ḟionnmanan-
nain .
Aſ seud an slioċt singmhar-
ḟallain .
Aſ eagla d'ruiṫ dromglanḟollain.
Cuiċ le nd'eagna d'sġmanannain.

Aliud adhuc, vulgò seudnamor fit quemadmodũ ipſum Seudna, de quo ſuprà ; præterquam quòd ſemimetrum quodcunque huius deſinat in voculam triſſyllabam vt

D'fíor cogaiḋ comailtear sío-
ṫċain .
Seanḟocal naċ sáriġtear .
Ni ḟaġba síṫ acṫ fear foġla .
Feaḋ banḃa na mbanḟoiṫreḋ .

Aliud adhuc reſtat, vulgò ſe-ꝺnámheaꝺhonaċ, ſitque inſtar *Seudna* præterquàm quòd prima quarta vtriuſque ſemimetri finiant cum vocula triſyllaba, vel quaſi triſſyllaba inter ſe cõcordantibus: Poſtremæ autem dictiones biſſyllabæ vtriuſque ſemimetri correſpondeant, interueniat in quartis concordia, imò & correſpondentia quædam inter finalẽ voculam primi quarti ſecundi ſemimetri, & aliam ſub medio quarti ſubſequentis; vt: Flaith fillfeaſ na Pſalm nimhdhuidhe-

Do niċ a leabhraibh linne.

Mag do ġeibh an ġloir nſctar-bhaidh.

Oid a bhrig Pſalmoibh binne.

Aliud, vulgò rionnard conſtat

ſtat quatuor quartis, & omne quartum ſex ſyllabis, cuiuſque finalis dictio eſt biſſyllaba, vltimæ Metrorum correſpondent, vltimum cuiuſque quarti cōcordat cum aliquo vocabulo mox antecedenti; in vltimo præterea ſemimetro debet interuenire correſpondētia, vt in ſequenti:

Rom na feile fanadh.
Faice filſó eirfinn.
Grian na maġ an mionfonn.
Annam gjall gan ġeibfinn.

Alij hoc rionnard vocant trionnard; inſtar eius datur dhanard pauciorum adhuc ſyllabarum, plurium verò cithrinnard. & aliud adhuc cuius ſemimetra conſtant decem ſyllabis, quinque in vno quarto, &

quin-

quinque in alio, vt dictum eſt de Aodo ni fallor mac vidhin, vt:

Gan aidide ḋaoḋ.

Faidide an feur.

Hoc eſt, non obediendo *Aodo* eò altiùs gramen; in quibus vides quàm elegāter ſeruetur proprius ſyllabarum numerus, & quartorum, necnon concordia, correſpondentia & vnio de quibus ſuprà: dantur & plura adhuc genera Metrorum vel rectorum, vel quaſi rectorum, de quibus, quia raris, & non adeò in vſu, & mihi non occurrentibus nequaquam loquar. His autem viſis facilè dignoſcentur, & ipſa & eorum leges, adeòque Te ad Authores remitto, & ad veterum obſeruantias Librorum.

CAP.

CAP. XXIII.

De Carmine Hibernis Bruilingeaċt.

HOc genus Carminis fit cum correſpondentia ad minùs fracta, ſeù ſimilitudinaria, de qua ſuprà; Item cum concordia aliqua, & vnione, necnon cum extremis, & capitibus, vt ſuprà, ſuo modo; Quarta rurſus potiuntur ſeptem ſyllabis. Ipſum fit ad imitationem cuiuſcunque Metri recti; ſed ex omnibus imitari ſolet Metrum, vulgò caſba-irn nuncupatum, vt;

Mac ċaoluiġ ag claſruiġḟéaċt.
Fa bun aoltuir ċſccgad.

Verùm mihi videtur, quòd

i mite-

imitetur potiùs carmen, vulgò ſet-ḋnamh-aḋonaċ, de quo ſuprà, vt ibi videre eſt. Hoc alio autem modo imitari poteſt Metrum paruum, de quo ſuprà.

A ta a lan ḋhioċd iſ deineach.

Iſin ċrioſ a ta ċorad.

Eodem autem modo fit vtrũque ſemimetrum ipſius quando fit ad imitationem Metri parui, vel Metri caſḋairn, & cognominatur ab ipſis generibus, quæ imitatur, ſicut & cognominatur oglachaſ; continebitque tot, & tales ſyllabas in quartis, quot & quales requirit Metrũ quòd imitatur, ſeruatis hinc inde concordijs ſuo modo, correſpondentijs, & vnionibus, necnon conuenientia vtriuſque ſemimetri, vt

Maſ

Maſ deoin ſuairſ no eigin.
A rioġain ḋeidġeal ḋata.
Aſ coir mo ċengal dangad.
No mo ṁngbaḋ le bata.

Vel ſic:

Ni ḟuil ſan glor bſaoiliḋ nait,
Muna raib mein ṁait da ċoir
Ni ḟuil ſan ccruṫ ſeaghonn
ſuairc.
Acht cloiſiḋm luaiḋe a ttruaill
oir.

Inſtar prætereà Metri magni componitur hoc modo:

Truaġ an dail on truaġ an dail
Bhioſ ſon ſluaġ in bſta bain.
Naċ e aſ doṁan do gaċ aon.
Bhail a mbeidiſ a aoſ ġraiḋ.

Vel ſic cum quinque ſyllabis in quolibet quartorum:

Uċ ar cian mo ċraint.
Le ḋa rain ḋo lo.
Da raib ſi ni ar ſia.
Biaiḋ mo ṗian ni ar mo.

Hoc ſimiliter modo imitatur carbhairn, finiendo nimirùm quarta in triſſyllabis; ſeruatis reliquis, vt ſuprà:

Fada a taid na hinġeana.
Do ċraiḋ ar ċeann na cruite.
Ni he moille an imṫeaċda.
Aċt a ttegṁail sa muine.

Sic proportione ſeruata, vt ſuperiùs iam inſinuauimus, aliorum poteſt imitari naturam, de quibus non pono exempla, quia legenti, & obſeruanti huc uſque dicta, ſtatim fient manifeſta.

CAP.

CAP. XXIV.

De quibuſdã Præcognitionibus.

DIximus alibi aliquatenùs de quibuſdam neceſſarijs, & neceſſariò præcognoſcendis ad componẽda huiuſmodi Carmina, nimirùm de diuiſione, & coniunctione, & affinitate, & mutabilitate, & eclipſi, & poteſtate conſonarum; Item de earum elatione, de breui longa, & mediana quãtitate vocalium, quæ omnia ſunt valdè retinenda ſicut & diuiſio vocalium in largas, & ſubtiles, de dipthongis, & tripthongis, hoc eſt biuocali, & triuocali eiuſdem ſyllabæ.

Diximus prætereà conſonarum alias eſſe leues numero ſeptem: alias verò molles numero tres; alias duras numero tres;

alias fortes numero quinque, tametſi hæ quinque aliquãdo euadant leues appoſitione ſigni longi: alias aſperas numero tres, aliam verò dici claſſem, etſi non mereatur tale nomen, eò quòd contineat ſolam conſonam *ſ*, quæ proinde vulgò appellatur ſolitaria, & omniũ Regina, quia nobiliſſima, & coniungibilis cũ quacunque, & præ omnibus requirẽs in correſpondẽtijs aliud *ſ* ſibi reſpondere.

Aduerte diligenter ſecundùm Poëtas ex his cõſonantibus *alias* alijs eſſe nobiliores, vtpotè potentiores; poſt *ſ*, enim molles dicuntur *c*, *p*, *t*, nobiliores quàm duræ, quàm fortes, quàm aſperæ, & quàm leues. Similiter conſonæ duræ *b*, *d*, *g*, potentiores ſunt aſperis, fortibus, & leuibus.

Pari-

Pariformiter aſperæ ſunt fortiores leuibus, & fortibus, fortes verò fortiores ſunt leuibus, adeòque leues ſunt omniũ ignobiliſſimæ, & debiliſſimæ.

S Omnium Princeps ſibi non admittit parem, neque ſimilem, neque affinem, neque cognatam, neque vllam eiuſdem ſecũ claſſis, tametſi cuiuſcumque conſonæ conſortium in eadem ſyllaba, vnde in Metro cum nulla alia facit cõcordiam niſi cum alia *ſ*, vt dictum eſt.

Nota quod *ſ* in voculis finiens rarò cõſtituat ſyllabam longam, niſi in pauciſſimis ſignatis pro longis, vt *mam*, *a zajm*, vel *zam*; imò cõſonæ fortes in fine voculæ ordinariè mediam retinent quantitaté in accentu, mediam,

inquam inter breuem, & longam, vt aliàs inſinuaui.

Quando *h* ſequitur immediatè ad *p*, tunc *p* ſonat eodem prorsùs modo quo *f* apud Latinos, adeòque in Metro non ſolùm *f* cum *f*, ſed inſuper *ph* cum *f* facit concordiam, vt videre eſt in ſequenti quarto Metri.

Aḋoṁajn ȯvıc mo ṗḃcaȯ ꝼejn:

Quotieſcunque *h* ſequitur ad *f* in initio dictionis, inter quam, & aliam debet intercedere concordia, nullatenus attenditur ad *f*, vel *h*, ſed ad ſubſequentem literam, ſiuè cōſona ſit, ſiuè vocalis, vt talis dictio concordet cum altera incipiente ab aliqua vocali ſimiliter, vel conſona, vt alibi dictum eſt, vt videre eſt in ſequenti quarto.

Tagaıꞃ leam a ꝼ̇laıc eıꞃne.

Vbi

Vbi propter *l* in leam, & *l* in fhlaith non obſtante *fh*, datur perfecta concordia, ſicuti inter *l* in ḟhlaith, & *l* in life, quarti ſequentis:

Tagair leam a ḟlaiṫ life.

Vt aliàs dixi.

Ad huiuſmodi concordiam cum conſona *ſ* requiritur in alia vocula ſimiliter *ſ* initiatiua indiſpenſabiliter, nec *ſh* concordat cum *ſ*, ſed cum *ſh* ſimiliter incipiente; nec *ſl*, niſi cum *ſl*, nec *ſn* niſi cum *ſn*, nec *ſr* niſi cum *ſr*. Si tamen caſu contingat quod *ſ* initiatiua voculæ ſequentis ad articulum an, vt an tſvil taceatur, tamen vt concordet, requirit in altera vocula *ſ* initiatiuam, aliàs vitiabitur Metrum.

Dantur quædam cõſonæ, quæ ad conſortium alterius in ſyllaba mutant ſuam naturam, & accentum, vt mox dicemus.

Alias do regulas pro correſpõdentijs *I*. Ad correſpondentiam non licet vti vna conſonæ ſimplici, niſi correſpondeat *ei*, aliqua ſaltem ex ſua claſſe, ſiuè ſit ipſa, ſiuè alia eiuſdem claſſis, ita vt leuis correſpondeat cuicunque leui, aſpera aſperæ, & ſimiliter de alijs.

2. Vt detur correſpondentia non requiritur vt fiat hinc inde inter plures conſonas repertas immediatè in vna dictione, quã inter duas cum alia dictione, etiamſi ex ipſis vna ſit fortis, & altera leuis, adeòque benè, & ſufficienter correſpõdent ƿoghmhan, & gonmghlan.

3. Non licet in altera correſpondentium vocula poni ſ aliquam ſuperfluam,ſeù cui non reſpōdeat in altera adhuc alia ſ, vnde vitium eſt in ſequenti verſu, in quo non benè correſpondent ccaiſgſin cum raithſin: Spernatur ergo Author, qui cecinit malè.

Nír loiſg don toiſgſin na tiġe.
Liſgfiḋ don toiſg oile iad.
Daoine ḃan ccaiſgſin gan ċroḋ.
San raiṫſin ċraoiḃhe ċruaċon.

Vbi vitiatur correſpondentia inter ccaiſgſin, & raithſin, vel certè inter toiſgſin, & loiſgfidh.

4. Vt fiat correſpondentia, conſona mollis ſiuè ſit *c*, ſiuè *p*, ſiuè *t*, admittit conſortium cuiuſcun-

iuſcunque conſonæ duræ, fortis, vel leuis in vna dictione correſpondentium; & quæ conueniunt cum alia conſona molli, & altera quacunque poſita in ipſius conſortio præter *p*; adeò, que benè correſpondent ꞃeachꞇmhaıŋ, & leanꞇaıꞃ. Item ꞅeanꞇhnꞃıꞇh, & ꞃeanꞇuıꞃ.

5. Quando conſona aſpera, nempè *ch*, vel *th*, vel *fh*, vel *ph*, aut *ſh*, ſequitur immediatè ad leuem, nempè ad *bh*, *mh*, *dh*, *gh*, *l*, *r*, aut *n*, tunc ſonabit inſtar conſonæ mollis, qualis eſt, *c*, vel *p*, vel *t*, vt videre eſt in ꞅlaꞇcoll, quòd ſonat, ac ſi ſcriberetur ꞅlaꞇcoll.

6. Cõſona dura, nempè *b*, *d*, *g*, ſi venerit ante aſperam, nempè *ch*, *th*, vel *f*, vim habebit conſo-

næ

næ mollis, & aſpera vim cõſonæ leuis, vt videre eſt in ʒaoċhoꝛ: bꝛaτꝛaȯ.

7. Vbicunque *ch*, venerit immediatè ante vel poſt *ſ*, ſonabit inſtar leuis, vt videre eſt in τeaċhꝛo, ꝼeaꝛꝛo, quæ & benè concordant; ſimiliter dic de cneaꞅċaomh, & τꝛeaꞅlaoġh.

8. *S* Poteſtatem habet mollificandi conſonas, ſeû reddendi poſitas ante ſe quinque, nempè *dh*, *th*, *b*, *d*, *g*; indurandi verò, ſeû duras reddẽdi poſitas immediatè poſt ſe, *ch*, *th*, vt in his ꝼleaꞅċhoıꝛ; enunciabitur enim ac ſi ſcriberetur ꝼleaꞅgoıꝛ. Ex dictis ſequitur quòd benè concordent in Metro leáτꞅo, & ꝼleaȯꞅo. Item ceapꞅo caȯꞅo,

 quæ

quæ tamen nõ correſponderent benè niſi ratione poteſtatis quã habet litera ſ ſuprà antecedentem, & ſubſequentem immediatè conſonam, non enim correſpondent ſleaṁ. & ceap, & ſic de alijs, quia p eſt mollis, & dh eſt leuis. Litera autem ſ immutat eas, vt dictum eſt, facitque concordare.

9. S Finalis cum alia ſ accedente, vt in glaſsa valet ad correſpondendum, ſtante huiuſmodi duplicitate alteri dictioni habenti vnicam ſ, vt baſa. Similiter conſona dura, & aſpera correſpondent, quãdo molliuntur, adeòque correſpondent ιοτα, & ιοτḋha. Similiter duæ conſonæ leues deſeruiunt ad correſpondendum vni conſonæ leui, vt

vt patet de uardhibh, & guail-nibh, in quorum primo inuenitur *dh*, quæ eſt vnica conſona leuis, in ſecunda autem reperiuntur *ln*, quæ ſunt duæ conſonæ leues. Vnde Metrum:

Dhol naiḋib ni bu ḋion ḋamh.
Ar guailnib riogh ar riogan.

Similiter quando *da* (de quo ſuprà vbi de dictione, vulgò samhlaighthe) venit poſt aut *l*, aut *n*, facit conſonam fortem, & correſpondentiam cum forti, vt inter maius, & minus extremũ; adeòque huic minori extremo ussa benè concordat maius extremum, hoc saoghullda. Similiter dic de ipſo reſpectiuè ad alias leues.

10. Quando duæ vocales coëunt ſimul in duabus ſyllabis,

ita vt vnam non conſtituant, ſed duas, prima erit breuis, ſi vnquã fuit naturâ breuis. De ſyllaba autem vnâ biuocali, vel triuocali quoad quantitatem attinet, omnis biuocalis ao, ua, eu, & ia, & omnis triuocalis aoi, uai, & ıvı, erunt longæ quantitatis, vulgò ſigbne ꝼaoa: Similiter longa erit ae ſemper, & ordinariè: Excipe voculas quibus adiungitur, vt aiunt Hiberni, tanquam cvıoınſgne: vt gonae, & ſimilibus, in quibus fit breuis.

11. Biuocalis eo, ordinariè ſemper longa eſt, exceptis paucis, ex quibus eſt oeoch, neoch. Biuocalis ea ſemper, vel breuis eſt, vel media præterquam in cuıoınſgne ſecundæ perſonæ, vt

cum

cum dico da mbuailtea, vbi longa eſt: Cæterùm natura breuis eſt ſi non reperiatur inter biuocales, vel triuocales longa. Reliquæ biuocales aliquando ſunt breues, aliquando longæ, interdum mediæ; adeòque firmam non habent regulam, ſed reguntur vſu, & authoritate. Quando dictio finit in conſonam fortem erit mediæ quantitatis ex natura ſua, tametſi, vt dixi, Poëtæ valeant, neceſſitate ita cõmpellente eam facere longam. Verùm quando cõſonæ huiuſmodi fortes veniunt inter duas vocales eiuſdem voculæ ſonant leuiuſculè, & breuiter, vt coinne, loinge, buille, uirre, cairre, inne; ſinge, &c. Verùm ſi cõſona mollis ſubſequitur ad huiuſmodi for-

tem

tem in fine,ſyllabâ tunc erit mediæ quantitatis, vt ſpongc,&c.

12. Conſona leuis veniens ante conſonam mollem; item mollis veniens ante leuem, anteriorem ſyllabam reddunt breuem, niſi ſyllaba de ſe ſit naturâ longa, vt arc ſgoilt macraidh. Conſona autem dura ante leuem poſita præcedentem ſyllabam, imò poſt, facit quantitatis mediæ, vt lorg, tadhg &c. exceptis paucis, vt barda, braighdeibh. Conſona autem dura veniens ante leuem, anteriorem ſyllabam, niſi fuerit naturâ longa, facit breuem, vt tagra, agra, &c.

13. S Præpoſita cuicunque pr æcedentem ſyllabam voculæ in qua eſt , niſi ſit naturâ longa, facit breuem, vt loiſg, ceiſt &c.

Præ-

Prætereà ſyllaba breuis euadit media, ſubſequente conſona leui ante conſonam aſperam, vel ſ, vt manchoibh, hinnſibh. Item conſona aſpera præpoſita leui, anteriorem ſyllabam reddit breuem, vt eicthe, haicthribh, &c.

14. Syllaba quantitatis mediæ nullam præcedit conſonam ſimplicem, ſeù vnicam præter ſolam *m*. Cęterùm lectio Authorum, & vſus te docebit, quæ Romanis procul poſitis non occurrunt.

Addo alias adhuc regulas pro concordia, & ſint ſequentes.

1. Deſeruit quæcumque vocalis ad cõcordiam interuenien-dam inter voculas modò initiatiuè, & propriæ vocularum literæ principes ſint vocales, vt alibi inſinuaueram.

2. Si ad imitatiuam literam *f* ſequatur *h*, tunc concordia non attēditur penès *f*, ſed penès quā-cunque immediatè ſequentem.

3. *Sh* non concordat niſi cum altera *ſh*, neque *ſ*, niſi cum *ſ* concordant *ſg*, *ſb*, *ſm*, *ſd*. Item *ſr*, *ſl*, *ſn*. Concordat *ph* cum *ph*, necnon cum *f*.

4. Quando eclypſatur initialis voculæ litera (excepta ſola *f*) haud eclypſans, ſed eclypſata erit, quæ debet concordare, ſic concordant bean, & mbrachaill, *&c.*

5. Aduerbium, vulgò iarm-bearlo non ſeruit, neque obeſt, neque prodeſt ad concordiā: etſi adiungatur dictioni, nihilominùs haud litera initialis ipſius aduerbij, ſed dictionis debet cō-

corda-

cordare; vt alibi dictum de mo, & do.

Rursùs pro correſpondentijs ſit tibi prima Regula.

Prima vocalis nõ correſpondet perfectè niſi ſuæ ſimili, etſi concordet quæcunque cum quacunque, vt dictum eſt.

Secunda omnis conſona concordat cum ſua ſimili, imò correſpondet, ſed ſi in correſpondentibus interueniant plures, quàm duæ, non oportet quòd correſpondeant plùs, quàm in duabus hinc inde, vt alibi dictũ eſt; vt enim correſpõdeatur huic voculæ doruichtſgreamh, ſufficit interuenire aliam voculam correſpondentem ei in medio per conſonam *t*, & *ſ*, ſine eò, quòd interueniat, vel *ch*, vel *g*, vel *r*; tametſi interuenientibus omni-

bus

bus hinc inde, quòd difficulter, vel nunquam fieri poteſt, ſtetiſſet correſpondentia.

Tertia nulli conſonæ licitum eſt nō correſpondere modo iam dicto, præter interdum molles, de quibus ſuprà meminiſſe oportet, ſicut de dictis de poteſtate, eclypſi, & ſubmerſione, nè nimirùm in correſpondentijs ſua vis non maneat cuique conſonæ iuxtà accentū. Benè igitur correſpondent caıꞇhꞇheaꞃ, & ꝼaıꞇeaꝺh, quia licet in prima vocula coëunt duæ conſonæ, nempè *th*, & *th* in accentu tamen ſonant vnicam mollem.

Quarta correſpondentia requirit voculas conuenire in numero ſyllabarum, quantitate, & ordine, non tamen ita & tanto cum rigore, vt conſonæ non

queant

queant tranſponi, vt videre eſt, in macraidh, & falcair.

Quinta cum aduerbio nunquam fit correſpondentia, neque vna vox correſpondere poteſt ſibi ipſi niſi quando duplicem habet ſenſum, & ſic dupliciter ſumatur, vel quando interuenit quædam variatio, vulgò breacadh, vt cum vocula magis neceſſaria in ſemimetro, voculam quæ vocatur urlañ, vel aliquam voculam primi ſemimetri, vel alias voculas eaſdem ſibi ſecum, ſeù ad ſe trahit, cum quadam elegantia, vt hic

Ar ī an ċaṫaoir an chathaoir.
An ċaṫaoir ga coṁṫaṫaoir.

Hæc ſufficere poſſunt cuicunque mediocriter oculato, vt Poëtarum ſciat Regulas, & Hibernicorum

corum genera Carminum, meo iudicio omnium quæ ſub cœlo fiunt difficillima. Veteres adhuc pro vitio habẽt niſi Poëma claudatur, ſeù finiatur eadẽ prorsùs ſyllaba, vel dictione, vel phraſi qua incepit, & vocant clauſuram; Verùm ego hoc non verto vitio, tùm quia nullam video rationem, vel regulam ſic præſcribentem, tùm quia pleroſque legi doctiſſimos, & verſatiſſimos, qui hunc veterum non obſeruarunt vſum.

CAP. Vltimum.

De vulgari Verſu, & compoſitione.

VVlgarem voco verſum quo vulgus vtitur, Hibernis

abhran

abhran, ſeù brroun, ſeù ceathramha, item caoine, ſeù tuireadh.

Abhran autem quatuor conſtat quartis inter ſe quantum ad amuſ, & auricularem ſonum, omninò ſimilibus, ita vt nullum excedat alterum, & in nullo ſit repetitio eiuſdem voculæ, vt taceam articulos, niſi fortè elegantiæ gratia. Quartum itaque ipſum quodcunque quinque circiter cõſtat pedibus; primus erit vnius, vel duarum ſyllabarum, in verſu ſaltem ſimplici, & non duplicato; quæ non correſpondeant niſi primis pedibns ſubſequentium quartorum. Secundus pes, & tertius inuicem correſpondebunt ad aurem, & ſingulæ duabus conſtabunt ſyllabis

ad

ad minùs. Quartus duas ad minùs continebit ſyllabas, nec correſpondebit niſi quartis pedibus trium ſubſequentium quartorũ. Quintus pes ordinariè erit vnius ſyllabæ. Dixi ad minùs, quia huiuſmodi verſus alij ſunt ſimplices, de quibus iam ſum locutus; alij verò vocantur Hibernis du-balta, ſeù *duplicati*, quorum pedes plures ad libitum Authoris admittunt ſyllabas; & ſanè ſuas habent difficultates, nec tamen reputantur niſi elegantiam habeant & gratiam, vel cõceptum, quãdoque autem ſunt prægnantiſſimi ſenſus, vt in ſequenti videre eſt; à quodam facto in ſeparatione ſui olim Achatis.

A ḃláiṫlſeir lágaċ da gcreid-
ṫear ſibh.

Bi so lasnriaċ go banba sbeir
sgevla lib.
Gioḋ ḋállsvd lvċd aimhleis
me gan ḟios.
Go rvg Patrruig mo ḋá
ḋsrc go heire lis.

Quàm autem prægnantis ſit ſenſus huiuſmodi plebei verſus ritè cōpoſiti, conijce ex ſequenti Latino nihil fermè aliud continente.

Lingua nocet multis: nam cœcutiſſe
Maronem,
Naſonemque loqui fecerat: &
reliqua.
Errauere tamen, qui me finxere
Strabonem;
Non, qui nunc cœcum: luce
abeunte mea.
Dum ſimul extitimus; ſimul hanc
dum ſuximus auram;

Te,

Te, Caput hoc, oculos credidit eſſe ſuos.

A me Te tandē diſiungit Hibernia mater;

Sic oculis ſobolem, priuat Ierna ſuam.

Mitius ò Mater Seniori iraſcere proli;

Et me, non ſine me, Mater abire ſinas.

Abnuis. Hic potero tamen abſens dicere: Ierna eſt

Patritijs oculis tota videnda meis.

Aſt ego quid faciam? patiar; mihi nunc & in Vrbe,

Quamuis non liceat flere, dolere licet.

Et doleo, & nequeo fugientem flere TYRELLVM

Cauſa ſubeſt; oculos abſtulit ipſe mihi.

Dixi

Dixi adminus, aliquãdo enim pedes primi quartorum cõſtant tribus ſyllabis, & in duplicatis ſecundi, & tertij pedes conſtare ſolent tribus ad minus ſyllabis, ſi non pluribus. Præterea ad ſimplices, & duplicatos verſus nonnulli, vel elegantiæ gratia, vel alio motiuo adiungere ſolent alios duos pedes ſequentes vniformiter ad quodlibet quartorum, ita tamen vt hi duo pedes alterũ biſſyllabum, alterum monoſyllabum, vel plurium ſyllabarũ, neque inter ſe correſpondeant, neque cum aliquo pede iſtius quarti ad quod ſequuntur, benè autem cũ conſimilibus pedibus ad reliqua quarta ſubſequentibus, vel etiam, vt vnuſquiſque pes ſit biſſyllabus, & hoc vocant ſlat a ndiaigh ṁaċlaig:

, vt ſi ad primum quartum præfati verſus adderetur a bhuſ no thall, ad ſecundum verò ar fud na ngleann, ad tertium mar gach no feall, ad vltimum go bun an mheall, quod & fieri poteſt in quibuſcunque verſibus etiam duplicatis, modò ſic voluerit Author.

Alterum, vulgò caoine, ſolet fieri tanquam nænia in alicuius obitum, tametſi fieri poſſet alia in materia, in ſcilicet vel laudem alicuius, vel vituperium, & quilibet verſiculus ipſius conſtare ſolet quatuor tantùm pedibus, quorum quilibet ordinariè erit biſſyllabus, neque requirit primus pes habere correſpondentiam cum vllo, neque ſecundus, vel tertius, niſi quòd inter ſe quaſi ſaltem correſpondentiam

quoad

quoad ſonum, & aurem ſeruent; poſtrémus autem pes debet hoc modo correſpondere cũ poſtremis pedibus omnium ſubſequentium verſuum; vt

Nuarcaċ, raċṁq, raċtṁq, eaċtaċ
Croḋa, crḃcaċ, caṫaċ, ċfoṫaċ, 7c.

Aliquando tamen pedes intermedij trãſeunt in triſſyllabos; vt Mointeaċ, maċaireaċ, abhuinneaċ eigneaċ. Sic de reliquis.

Laſciuia, impuritas, diræ, obtrectatio, maledicentia, mendacia, diſcordiarum, & contentionum ſementatio vitia ſunt non artis Poëticæ, ſed peruerſiſſimi eiuſdem vſus, dixerim abuſus. Contra quos diuinus iſte Sancti Hieronymi ex ſpecu Bethlehemitico auditus eſt rugitus (in quintum Amos) *Non*

debemus ſequi fabulas Poëtarum, ridicula, ac portentoſa mendacia, quibus etiam Cœlum infamare conantur, & mercedem ſtupri inter ſidera collocare: dignosvtique quos Minerua caſſide ſua, & cuſpide ex toto arceat Parnaſſo. Placent piæ quædam Hibernorum compoſitiones, vt famuli Brigidæ in mundi contemptum, Donchadij Dalæi, cognomento Magni, in laudes Dei, & Deiparæ Virginis ſemper Immaculatæ, aliorumque deuoti Hibernorũ rhythmi, quales apud Sanctos Doctores, & Bernardum de paſſione Chriſti, & Seraphicum de Philomela, & ſimilia, inter quæ locum habet ſequens compoſitio fideliter tranſlata inſtar Dialogi ad honeſtam Iuuentutis diuerſionem inter Tyterum, & N.

T. *Collo-*

T. *Colloquamur ambo,*
Ambo abulemus,
Amplexemur ambo,
Ambo oſculemur.
Amputate vites
Minus gracileſcunt:
Ne labaſcant vires
Laborantes ceſſant.
N. *Multiloquio labimur,*
Amplexari vanum,
Ambulando fallimur,
Oſculando erramus.
Studeamus Tytere,
Fugiamus ſtare,
Otioſi] diſplicent,
Laborantes placent.
T. *Langueſcentium robur*
Feria reſtauratur
Torpeſcentium motu
Virtus illuſtratur;
Nec vel ſemper gallus
Cantat, vel gallina,

Nec tam dura Pallas,
Quin quandoque rideat.

N. *Sermo tibi potens,*
Qui moueret ſaxum,
Eſto fluat ore,
Totus erit caſſus.
Quies res amara,
Sine me, ſtudebo:
Pallas mihi chara;
Libris indulgebo.

T. *Exceſſiue libris*
Indulgere nocet,
Occupari nimis
Nil ſudanti prodeſt.
Vt quandoque canibus
Curſus inhibetur,
Sic interdum animis:
Modus eſt in rebus.

N. *Eſt in rebus modus,*
Verùm non in pigro:
Labor huic exoſus,
Res indigna viro.

Vt

Vt remiſſio gnauo
Cernitur defectus,
Diligentia gnaro
Nunquam eſt exceſſus.

T. *Scipionem legimus,*
Legimus & Lælium,
Quieuiſſe penitus,
Declinaſſe prælium.
Vates olim Maro
Vtebatur ferijs.
Sed & ipſe Cato
Miſcuit gaudia ſerijs.

N. *Nos Maronem legimus,*
Cepimus & Lælium:
Scipio notuit penitus,
Cato, & Cornelius.
Nomen illis proprium
Vita fecit tutior:
Quorum nemo otium,
Præferebat ſtudio.

T. *Sic conſumi nolunt*
Muſæ, ſed virere;

Sic alterna volunt,
Amant & Camenæ,
Media inter arma,
Vt ſe refocillet,
Cithara præ palma,
Vſus eſt Achilles.

N. *Muſæ Deum celebrant,*
Deprecantur, orant,
Heliconem penetrant,
Arduum ſemper vorant
Ego inter mille:
Natus non ſum feras,
Mihi quid Achilles?
Si fors ſtulteſcebat.

T. *Socrates arundinem*
Conſcendebat olim
Amaſis Ægypti Rex
Egit morionem.
Scipio conchis ſiſtitur,
Talo luſit Cæſar:
Aliquando Siſyphus
Saxum ſuſpendebat.

N. *Amens*

N. *Amens erat Socrates*
Talem ſcandens Equum,
Sentiunt hoc Hypocrates,
Pæon, & Galenus;
Siſyphum inferno
Nil damnatum curo;
Cæſarem contemno,
Eſt Amaſis nugo.
T. *Ergo nos vt illi,*
Exeamus ambo;
Honeſteque mille
Perluſtremus campos.
Colloquamur læti,
Obſeruemus vndam.
Mox apricum tæſi
Accedamus vmbram.
N. *Nego conſequentiam*
Satis malè latam.
Odit ſapientia
Mentem ventri datam.
Aprieari nolo:
Vaga non ſum Stella;

Nec delector foro:
Deus eſt in cella.

T. *Rimis fatiſcentem*
En Sol vrit agrum:
Hic & inuiſentem
Te delectet pratum.
Penetrandus tibi,
Ne te liquat æſtus;
Vbi Auium nidi,
Nemorum receſſus.

N. *Sentes inſunt pratis,*
Siluæ gaudent dumis;
Perdi vel ab Apris
Nollem, vel à Lupis.
Beneficio tecti
Quies mihi plena:
Audio de feneſtris
Auium cantilenas.

T. *Quæ voluptas ire*
Viſitare feras!
Per opaca ſyluæ,
Saltuum per ſecreta.

Perluſtrare valles,
Dulcis Aquæ fontes;
Declinare calles,
Superare montes.

N. *Feris ſeruiunt montes,*
Latrocinio valles,
Multos inter fontes;
Tuti non ſunt calles.
Homo ſum, non aliger,
Neſcio iam volare.
Dego hic humaniter,
Odi voluptatem.

T. *An non tibi volupe*
Ire inter Aues?
Et audire volucres,
Occinentes Aue:
Modulari carmine,
Vbi ſonant riui,
In riparum margine
Ramis operiri.

N. *Fauni, vt loquuntur,*
Inter Hamadryades

Folijs veſtiuntur,
Sicut olim Dryades.
Tecum quiſquis ibit,
Fortè pœnitebit;
Me quam ſic veſtiri,
Mallem toga tegi.

T. *Ibi planta fibris,*
Radicum humorem,
Vt aleſcat, bibit;
Vt frondeſcat, floret:
Quo ſi ſemel caret,
Subito flacceſcit,
Languet, perit, aret,
Demùm & marceſcit.

N. *Planta quidam homo,*
Quem Apollo rigat,
Aqua non de ſolo,
Sed de cœlo viua:
Qua ſi depriuatur,
Nulli fructus erunt:
Statim folia cadunt,
Ipſa morietur.

T. *Stirpes in faſtigium*
Suos pandunt ramos,
Quibus fit faſtidium,
Si reuellas Canos:
Sectæ ſi ſint vncis,
Vndique languebunt,
Stipitis vel trunci
Nomen, & habebunt.

N. *Ita quem ambitio*
Tollit, & in altum
Eleuatur vitio
Ægrè ſuffert lapſum.
Si honore decidit,
Miſer lamentatur,
Si de gloria deſilit,
Dirè lachrymatur.

T. *Aliis cadunt folia,*
Aliis at recreſcunt.
Taxus, Aquifolia,
Semper ſed vireſcunt:
Sunt ſylueſtres Fraxinus
Alnus, Ornus, Fagus:

Ta-

Talis eſt & Carpinus,
Verùm non ſic Malus.

N. *Sunt ex noſtris boni,*
Sunt nonnulli mali,
Cadunt, ſurgunt probi,
Iuſti fiunt praui.
Immutamur flores;
Imitamur plumas;
Nullus in eodem
Statu ſemper durat.

T. *Auellana, pomus,*
Ceraſus, & Pyrus,
Prunus, Sorbus, Morus,
Placent atque Ficus.
Placet inter reliquas
Arbor, quæ ſatiua,
Vitis vuas explicans,
Dactylos Oliua.

N. *Laurus, Palma, Ficus,*
Cedrus, nec Cupreſſus,
Mihi Nux, nec Pinus
Placet, neque Quercus.

Quip-

Quippè cum hominibus
Reſtat conuerſandum;
Nunquam cum ſimilibus
Erit commorandum.
T. *Obſtupebit oculus,*
Rerum ibi faciem;
Tegmen dabit Populus,
Platanus, & Abies:
Plena fauis Ilex,
Myrthus circumquaque,
Vlmos veſtiunt vites
Vuis incuruatæ.
N. *Abeat à me Fraxinus,*
Pueris detur Morus,
Diuis detur Dactylus,
Prunus atque Pomus;
Vitis quidem florida,
Et non paucis prodeſt,
Vina licet optima,
Multis tamen nocent.
T. *Vua rubet plena,*
Succis tument botri:

Inde fiunt mera,
Quæ dulceſcunt ori.
Hæc qui bibit ſtrepitat,
Faciunt quem garrire,
Iuuenes ſeneſcere,
Vetulas ſalire.

N. *Vuæ Noë Patrem*
Ebrium effecerunt,
Quem Cham, ſed non fratres,
Nudum irriſerunt;
Plus virtute præditos
Imitor, & ſobrios,
Sapientiæ deditos
Viros in Cœnobio.

T. *Per ſyluarum ſaltus,*
Luſtra Belluarum,
Vrſus eſt, & Barrus,
Maxima ferarum.
Vnicornis abdyta
Incolit, & teſqua,
Ad receſſus habitat,
Loca per deſerta.

N. *Mul-*

N. *Multa mihi memoras:*
Plurima proponis:
Mihi, ſed quid nemora
Ferent vnquam boni?
Ibi beſtias fateor,
Quibus non me fido,
Eò ire caueo,
Ne ſim ipſis cibo.
T. *Ibi Vulpes gannit,*
Nunquam cicurandus:
Elephantus barrit,
Pardulus; & Pardus:
Hic Damarum turba,
Dorcadum exercitus;
Omnes amant vmbras;
Ceruus Ceruam ſequitur.
N. *Ego Vulpi nolo*
Fidere, vel caudis;
Cuius via dolo,
Mille ſunt, & fraudi.
Vmbram fures malunt:
Lucem boni præferant.
Quot-

Quotquot male agunt,
Semper amant tenebras.

T. *Lepus in vepretis,*
Oculis apertis
Dormit, ſenticetis
Exit in aduerſis:
Panphago ſequente,
Volitando vadit:
Quem ſi comprehendes,
Captus miſer vagit.

N. *Lepus aures arrigit:*
Surgit, ſi quid ſtrepit:
Fugit mox ex abdytis:
Nec ſe tutum credit,
Aliud mihi capiti,
Quod nec tibi viſum.
Firmioris animi
Illo, ſequor virum.

T. *Biſon, Ibex, Vrus,*
Degunt inter tribulos,
Talpas habet grumus,
Latebræ Cuniculos.

Vo-

Vorat Lupus Oues,
Agnos & Agnellos,
Vaccas, Fordas, Boues,
Equos, & Aſellos.

N. *Finiamus quæſo:*
Numeraſti ſatis:
Siſte ſaltem ſero,
Erras, nec dum ſapis.
Sile, tace, ceſſa,
Vt quid refers talia?
Plura me delectant,
Præter animalia.

T. *Hominem Hyena,*
Verbis fallit fictis.
Leo, & Leæna,
Armis rugit hirtis.
Boues è bubilibus,
Euocant bubulci,
Porcos ex porcilibus,
Ducunt, & ſubulci.

N. *Alijs quàm his paſcor,*
Parce precor verbis:

Non

Non ſum ego paſtor,
Nec delector herbis.
Mea recreatio,
Non eſt cum bubulcis,
Sed nec conuerſatio,
Erit cum ſubulcis.

T. *Praſtat hic Camelus,*
Rebus deportandis;
Generoſus Equus,
Pandus cum Repandis.
Taurus boat, mugit;
Vacca cubant pratis
Hic Aſellus rudit,
Filius tarditatis.

N. *Legi Apuleium;*
Nec euadam Aſinus:
Eſſe leguleium,
Malo quam erraticum.
Nollem eſſe mobilem,
Inopem virtutis,
Vellem eſſe nobilem,
Procul & à brutis.

T. *Li-*

T. *Lilia mixta Roſis,*
Inter mille ſpinas
Hic & ipſa Chloris,
Omnium Regina:
Suauitate fertilis,
Tellus induit togam,
Et inuitat zephyri,
Sponſam ad ſe Floram.

N. *Hortis ſunt deliciæ,*
Verùm extat flamma,
Latitant inſidiæ,
Teſtis eſt Suſanna.
Nolo mali ſemina,
Odi voluptatem:
Nec amabo fœminas;
Colo caſtitatem.

T. *Habent agri thymos,*
Violas, & prata;
Habent roſmarinos,
Habent mayoranas
Hic vel de auenula,
Vel de caryophillis

Ser-

Serta de calendula,
Fiunt vel ſerpillis.

N. *Senſualia ſenſibus*
Placent ſupra modum;
Sed hoc ſapientibus,
Non videtur bonum.
Demittamus criſtas,
Non litemus felli;
Relinquamus iſta,
Pueris, & puellis.

T. *Pinnis Aquatilia*
Remigant in Aquis:
Pennis volatilia
Volitant, & alis.
Hic Gallina glocitat,
Anſer verò gingrit.
Multum Coruus crocitat;
Auium nullam ingit.

N. *Imitantes Aues,*
Fortè fient Pſittaci
Non euadent ales,
Benè tamen Icari.

Lenti

Lenti cum Gallina,
Glocita præ foribus:
Gallus multa ſcribit;
Cornix plura loquitur.

T. *Roſtro colligentes grana,*
Se referciunt.
Veſpertilio dentes
Habet, nec ineptiunt;
Suam ſemper motat
Caudam Moticilla.
Philomela ſonat,
Cantat & Fringilla.

N. *Volatilia ſcimus,*
Salutare lucem;
Nos proinde ſimul,
Collaudemus Numen:
Cuius Muſæ ſibili,
Cœli placent choro:
Philomelæ ſimilis,
Sic euadit homo.

T. *Conditorem Merula,*
Et Acanthis laudant

Galgu-

Galgulus Acredula,
Olor, & Alauda
Cornix cornicatur.
Annates titinniunt,
Multum Pica fatur,
Paſſeres fritinniunt.

N. *Canta tu cum Merula,*
Ora ſemper Deum:
Si hanc ſerues ferulam,
Non te faciet reum.
Verùm fac attendas
Quidquid ore dicas;
Ne fors velut mendax
Habearis Pica.

T. *Hic innocuus Turtur,*
Timet, & Palumbes:
Miluus atque Vultur
Hoſtes, qui Columbæ.
Phaſianus, Turdus,
Pauo, Gallinagines,
Grues, Cygni, Sturni,
Perdix, & Attagines.

N. *Vnum*

N. *Vnum Deum cole,*
Diſce ſubſeruire:
Noli cum Pauone
Picto ſuperbire.
Eſto nunquam vultur
Cras promittens cuncta.
Geme ſicut turtur,
Simplex ſis Columba.
T. *Media vident nocte*
Aues quædam, Bubo,
Proles Nictei Noctuæ,
Vlula, Aluco;
Verba format Pſitacus,
Fingit & ſermonem,
Ridet monaſyllabus
Trochilus Struthionem.
N. *Bubo mihi diſplicet,*
Et quot vmbras amant
Aues ei ſimiles,
Noctua nunquam chara
Supportare lumen
Agmen non vult reum;

M *Odio*

Odio habent Numen,
Diem, atque Deum.

T. *Si delectent Aquæ,*
Hic reperies latices,
Fontes, Fluuios, Mare,
Ponè riuos aggeres.
Ibi Piſces lympham
Ori quam immittunt,
Totam ſicut intrat
Branchijs mox emittunt.

N. *Aqua quidem vtile*
Nobis elementum;
Nimis tamen futile
Sumis argumentum;
Eius vt aſpectu,
Debeam reſilire,
Solis & conſpectu
Seria præterire.

T. *Ibi Cancer, Camarus,*
Ibi Melanurus,
Ibi Barbus, Aſtacus,
Trutta, Tinca, Lupus,

Ibi

Ibi eſt Delphinus,
Grandis & Balena,
Fraccinus, Ciprinus,
Cattus, & Murena.
N. *Mihi quidem piſcis*
Suffeciſſet vna;
Verùm tu promittis
Omnes etiam Trutas.
Monſtra multis nocent:
Pauci intrant cœlum.
Reminiſcor Ionæ,
Procul à me Cetus.
T. *Fluuios, Lacus, Stagna,*
Amnes, riuos, leues
Rodij Cataractus,
Pulchrum eſt videre:
Ibi Salmo ſalit,
Ibi greges muti:
Velis, falles hamis
Gentem hanc Neptuni.
N. *Vndæ quidem corpus,*
Lauant, ſed non mentes;

Peccatores orcus
Fugit pœnitentes.
Piſcis omne genus
Patitur peccatum,
Mundat virtus ægrum
Torrens lachrymarum.

T. *Si labore feſſus,*
Sitibundus claram
Vrnam undæ ſpectes;
Ecce glacialem;
Ecce tibi latices
Caute de muſcoſa,
Aquæ viuæ ſcatebræ
Manant inter roſas.

N. *Abundare guſtu,*
Peiùs eſt quàm pati,
Impinguari vultu,
Hic quàm macerari;
Meliùs eſt ob Chriſtum
Sitim nos habere,
Quàm grauari ciphis,
Cibis nec egere.

T. *Flu-*

T. *Fluuios effundunt*
Montium radices;
Riuuli ſequuntur
Velut appendices;
Scatent indè fontes,
Gyrant ſubtus Alnos,
Et ſe fugiunt omnes
Mille per meandros.
N. *Intrans labyrinthum,*
Debet eſſe cautus,
Ne occurrat intus
Ipſi Minotaurus.
Fluuios traiecturo
Opus erit naui,
Ne cum Melanuro
Submergatur Aquis.
T. *Inter pellucentes*
Calculos, & ſaxa
Currit, & ad ſentes
Aqua ſtrepit lapſa,
Scrupis repercuſſis,
Amnis cum fragore

 Tran-

Tranſit, & Bubulcis
Incutit timorem.

N. *Ille rumor Aquæ*
Facit quem dormire,
Mallem vigilare,
Et virtutem ſcire.
Non delecter campis,
Mundus mox abibit;
Ecce Roma transijt,
Manſit tantùm Tybris.

T. *Lympha murmur edit*
Saxulis illiſa
Voluit, rapit, petit
Omne quod in ripa,
Fluuius præcipiti
Fertur inde curſu,
Currit è finitimis
Catharactæ pulſus.

N. *Nolo me cum reliquis*
Flumen ſecum rapiat,
Madefactus gelidis,
Nuſquam volo capiar.

Pa-

Parum meto foris,
Intus multum lucri;
Satius erit domi
Indulgere ſtudijs.

T. *Quos non poſſent Manes,*
Licet pœna plexos,
Chelys inuitare,
Laceſſitos plectro.
Ambulanti opergula
Erit tibi tecto:
Sciſcitanti verbula
Reſpondebit Echo.

N, *Multum ceciniſti*
Mihi nunc de Lympha;
Parum profeciſti,
Nec iuuabit Nympha;
Illa ſoni proles
Dormit ſine lecto,
Nihil nobis prodeſt
Vana nimis Echo.

T. *Arborum in truncis*
Illa deliteſcens,

Ex ſaxorum vmbris,
Vocem dat requeſtæ:
Ea verbi proles
Habitat in dumis;
In Cauerna ſolet
Eſſe & lacunis.

N. *Quæ ſit iſta litera,*
Neſcit alphabetum,
Clamat, ſonat, ſibilat,
Verùm non videtur
Conſonans eſt nulla,
Liquida, vel muta,
Nec vocalium vlla,
Qua, vel ſemel vtar.

T. Licet *hæc in Templo*
Audiatur Chriſti,
Nobis pro exemplo,
Latitat in Cryptis:
Dormit inter glyres,
Iacet in ſepulchro,
Cubat inter Tygres
Nunc, & inter Vrſos.

N. *Eſt*

N. *Eſt auditus ſpeculum*
Vocum immitatrix,
Vnum ipſi ferculum,
Sono ſimilari.
Licet deſit Auris,
Os, & lingua ſibi,
Repetit quod audit,
Sed non ſcit quid dicit.
T. *Verùm ſemper vigilat,*
Et quas voces audit,
Aliquando triplicans
Suo more pangit;
Balat nunc cum grege,
Mox cum Tauro mugit,
Caurit cum Panthere,
Cum Leone rugit.
N. *Malè quis, vel benè,*
Seriò, vel iocosè
Profert, illa refert,
Repetit famosè;
Quando ſilet moritur,
Tacet cum tacente;

 Quam-

Quamdiù viuit loquitur,
Verba dat loquenti.

T. *Decipit Auiculas,*
Decipit Sciuros:
Fallit mox Ouiculas,
Ipſos fallit Lupos,
Ementitur Canes,
Pellicet Serpentes,
Dum coaxat, Ranæ
Tacent obſtupentes.

N. *Fallax eſt & futilis,*
Adulatur pungit,
Maximè volubilis,
Aſſentatur cunctis.
Mihi donec vixero,
Hæc Promethei filia
Veriùs fortè dixero,
Quædam erit Simia.

T. *Illa quando glocitat,*
Creditur Gallina:
Mox cum Coruo crocitat,
Garrit & cum Pica:

Pſita-

Pſitacus vt alter,
Vexat alloquentes:
Quando mugit,
Vaccæ pariunt & Iuuencæ.

N. *Ipſi ſermo procax,*
Lingua quaſi bina:
Nulli parit oua,
Eſto ſit Gallina,
Nympha ſatis tetrica,
Cui nec vllus fidat:
Nec mas eſt, nec fœmina,
Hermo nec Phrodita.

T. *Si tu ores, orat,*
Si Cachinnes, ridet;
Lamenteris, plorat;
Si muteſcis, ſilet.
Ergo experrectus,
Excute ſoporem,
Surge, fuge lectum,
Eijce torporem.

N. *Prouocata loquitur,*
De ſe nihil dicit,

Quam ſi ores protinus,
Non proinde ſilet.
Ego non conuerſer
Talibus cum Magis,
Illis nec delecter,
Maledictis Sagis.

T. *Recreandi gratia,*
Relinquamus ſeria;
Perluſtremus ſpatia,
Admittamus ferias
Ambulemus foris,
Breui veniet finis:
His fruamur locis,
Bonis & delicijs.

N. *Abi tu ſi velis;*
Mihi eſt quod agam,
Abi, pœnitebit,
Immitare Sagas:
Ego te deflebo,
Stultum, atque reum;
Semper hic ſtudebo,
Et orabo DEVM.

SORUID GO hUOS OG ⁊ EUTU OILEIN NU NUOMH.

Truaġ daoine ⁊ ḋiṫ litri.
I⁊ cclaoiḋe dfuaṫ aibġitri.
An ainċſ ar lor do lan.
Ainbfeſ ar mor ⁊ ṁoran.
Fodla liu do ċraiḋ man ccioṫ
An agaiḋ ſluaiġ a ſinſior.
Nir an oirfiodoḃ an ḟuinn.
Foirċeadal glan no foġluim.
Ni ṫuig gaoidil gaoiḋlg fein
Ni labraidi gan aoinbeim.
Ni leiġid le cágaiḋ coir.
Treigid ni ḟaġaid onoir.
Beſ a luaḋ ⁊ na leabruib.
Ar ġlor ċeirt a ccéileabruib.

Ni

Ni breiṫ ḋaor ḋfianuib fail.
An riaġuil ċlaon do ċongbail

Leugaḋ rainn da niarr orra.
Na ttengaiḋ ṁin ṁaṫarḋa.
Dioṁaoin oċ ar ṡerbaḋ iad.
Dṡergaḋ na sgot on Scitia.

Fill a nosa a aos ṁanma.
Na bi go dian doġarmṫa.
Snach cian o ċathsaoirlios
chuinn.

gombia an taṫaoiḃnios aguinn

Biaiḋ na bruigne na mbota.
Na bfionta biaiḋ banṡroṫa.
Cnuic ura na ngealsonn nglan
A bfṡroinn duna dealgan.

Biaḋ an ġaoiḋealg fa ṁeir ṁor
An Aṫ cliaṫ na bfelseg bfionol

Biaḋ

Buḋ maṫa fian buḋ gaoth
grinn.
ſgach laoch ag triall fa
tuairim.
Oſrgfa treabac aṫulca.
Orfa grian a glaſcorla.
Nj dochar dheire an teadh.
ſocq nach eidir ḋqſmh.
Criſtco comaoin q lſt cerinn.
ſar iqſmaḋ oillil Olujm.
Dorb ag treintrſgraḋ na
trir:
Ar long feineaſa farſrjḋ.
Aiſte ḋeunta duan iſ dan.
Geibthir go ler jm leabran.
Oſ tobrajb Rrama na raṫ.
Obq ſtuama an ſaothar,
Sin cugaḋ on mbraṫq mboct.

Gra-

Gramatt bég bvaiḋ is binnoċt.
Le riaġuil sgol sa raṁvil.
Diaṁq na mboċ mbrodaṁuil.
Son na ngoṫaiḋe go grinn.
Cuṁaċt ċonsan iaċ ḟeiḋolsm:
Cuiṁniuġaḋ baṫaḋ gan bruiḋ.
Uirḋiuġaḋ, cáġaḋ, caḋvit.
Do ṁst na saoiṫe le seal.
Aos og is eata Gaoiḋeal.
Do diola a loċrann gan luaḋ
Forlann an rioġra ro ṫruaġ.

Et hæc de his pro nunc ſufficiant leuidenſibus. Cæterùm, ſi in aliquo hic forſan defeci, vel exceſſi, quæſo, excuſer; à quadraginta & ampliùs annis inter exteros procul poſitus à Patria, Patrijs monumẽtis, & Magiſtris, qui aliàs mihi omnem poſſent tergere caliginem.

Sit nomen Domini Benedictum.

INDEX Capitulorum.

CAP. I.

De Alphabeto, Characteribus, Nominibus, Literarum numero, conſonis, vocalibus, ſubtilibus, largis, puris, & non puris.

CAP. II.

De Natura conſonæ, de recta, & praua enunciatione cnoſonarum B & C. Cur K & Q non admittantur. C autem & G ſint affines.

CAP. III.

De Pronunciatione conſonarum D, F, G, quam hæc à nonnullis maſe, ab alijs rectè feratur.

CAP. IV.

De Aſpiratiua h frequentatione, & diuerſa eius poteſtate.

CAP. V.

De Reliquarum enunciatione conſonantium. Cur nec X, nec Z, nec Y admittantur.

CAP. VI.

De dipthongis, ſeù biuocalibus, & tripthongis, ſeù triuocalibus, tùm ſubtilibus, tùm largis, earumque perfecta pronunciatione, de ſubtili, & larga cum larga.

CAP. VII.

De conſonarum affinitate, variatione, & diuiſione in proprias claſſes. De mollibus, duris, aſperis, fortibus, lenibus, debili, de S, de H, & affectione conſonæ D, ſequentis ad R.

CAP.

CAP. VIII.

De Poteſtate conſonarum, eclipſi, merſione, reſtitutione, eliſione, ſuppreſſione, occultatione, &c.

CAP. IX.

De ſyllabarum quantitate, deſinentia, merſione vocalis. De propoſitione, & pronomine do, & mo, *Orationiſque partibus.*

CAP. X.

De dictione, forma, & figura de principali, deriuatiuis, ſimilatiuis, diminutiuis, deſpectiuis, adiectiuis, ſubſtantiuis, ſimplicibus, & complexis.

CAP. XI.

De Articulis O, *& alijs, tùm nominalibus, tùm verbalibus.*

CAP. XII.

De Nomine, de genere, abſtractis, generum inueſtigatione, caſibus, declinatione, numero, verbo, pronomine, coniugatione, &c.

CAP. XIII.

De Abbreuiationibus, & obſcuris ſcribendi methodis, loquendique.

CAP. XIV.

De Proſodia, & Metri generibus, neceſſarijs ad Metrum, & requiſitis.

CAP. XV.

De Quartis, requiſito ſyllabarum numero ad quartum, de vtroque ſemimetro, & alijs.

CAP. XVI.

De Concordia tùm propria, tùm ſimilitudinaria eiuſque affectionibus, & non concordantibus.

CAP.

CAP. XVII.

De Correſpondentia, & extremis, & diuiſione terminorũ, de vnione, & conuenientia, de capite, & vrlañ Uamus, *&c.*

CAP. XVIII.

De Deibhidh *einſque regulis, & requiſitis, & exemplis.*

CAP. XIX.

De Seadna, *einſque requiſitis, & exemplis, &c.*

CAP. XX.

De Magno, & paruo Metro vtriuſque requiſitis, & exemplis.

CAP. XXI.

De Metro nõ recto, vulgò Oglaċas *eiuſque legibus, & ſpeciebus.*

CAP. XXII.

De Carmine, vulgò Droiġneacht, *eiuſque requiſitis. & ſpeciebus.*

CAP. XXIII.

De Verſu, vulgò Bruiglinġ &c. *eiuſque requiſitis, & ſpeciebus.*

CAP. XXIV.

De alijs præcognoſcendis ad Metrum.

CAP. XXV. & Vltimum.

De Vulgari compoſitione rhythmo, odis, nęnijs, eorumque exemplis, & legibus, vbi & Author ad Cõpatriotas, &c.

Google

G. 4. c. 23